cypresis. ¶ Medicinales aũt pro hyeme magis sũt zinziber conditum: qđ viride dicit. cinamomum: z anisum cõfecta: z sunt cordiales z stomacales: diacinamomum: z electuariũ de gẽmis: letificans Almãsoris: aromaticuz rosatum: descriptione Gabrielis. Laudo quoqz maxime mirabolanos: kebulos conditos: z accipiat ex eis vnus per quinque horas ante cibũ sine potu: z mirabiliter cõfert stomaco epati z capiti: exiccat enim flegma digestiuam confortat cerebrum vigorat z memoriam acuit.

¶ Confectio ad hec omnia per me pluries experta nobilis ualde. ℞. galange: cassie lignee: calami aromatici: croci: ciperi: spice nardi: gariofilorum: cinamomi: costi: cardamomi: carpobalsami: piperis al. ni. z lon. assari: zinziberis: se. mirti. aũ. ʒ. i. masticis. ʒ. v. fiat confectio solida: z ponatur. ℥. i. specierum istarum pro lb. i. zuccari dissoluti: cum aqua menthe: z fiat in rotulis triuz. ʒ. z accipiatur ex eis vna per horas quatuor ante cibum sine potu.

¶ Confectio alia ad ea que dicta sunt similiter conferens. z pro estate magis z accipiẽda ut alia. ℞. zuccari al. manne. aũ. ℥. i. succi liquiritie: dragag. se. portulace: sandalor citrinor: gũmi ara. ana. ʒ. ℈. amidi. ʒ. ij. spodij: rosaruz. aũ. ʒ. iij. se. cucumeris: angurie: cucurbite. aũ. ʒ. ij. masticis: ligni aloes. ana. ʒ. ℈. croci: cardamomi. ana. ℨ. i. fiat confectio solida cũ lb. i. ℈. zuccari albi dissoluti cum aq̃ rosata.

De regimine autem potus canon primus. ¶ Potus cuiuscũqz vini z maxime fumosi euitetur ieiuno stomaco: immo prius cibi notabilis quantitas premittatur.

¶ Secũdus si in prandio uel cena exercitij causa aut sitis plus de vino sumat q̃z ꝓsueuerit cib⁹ notabiliꝫ minuat.

¶ Tertius pot⁹ vini fumosi post comestionẽ fructuũ humidor incõueniẽs est saltẽ si multa fructuũ quãtitas preassumpta fuerit: tũc enim vinũ eoruz aquositatem in uenis penetrare facit z sanguinem putrefactioni preparat.

¶ Quartus canon. dum ex fructibus modicum comeditur: vinum optimum post eos bibere magis conuenit: corrigit enim z rectificat eorum malitiam.

¶ Quintum bibentibus vinum limphatum conuenientius est anteq̃z bibat p duas horas limphare q̃z in mẽsa.

¶ Sextus. qp si in vini potu malitia artificij uel quantitate caput lederetur comedantur post ipsum sex uel octo grana mirti. Et si ꝓpter hoc caput non alleuiaret ꝓuocetur uomitus: cum his que in quinto capitulo videbuntur.

¶ Septimus si post cibum ualida sitis infestet vinum dimittere melius est. Bibat autem zuccari rosati. ℥. i. cuz cyatho vno aque cocte. in hyeme autem fit zuccarum album cum predicta aqua.

Vinum aũt uobis pre ceteris eligẽdũ sit albũ uel colore rubicũdũ in substãtia subtile clarũ aromaticũ stipticitate magis q̃z dulcedine pticipans. dulcia enim qz epatis opilatiua uẽtosa z uaporosa sunt: z qz impinguãt nõ laudat uobis. Fumosa ꝙ z estuosa vina dimittẽda sunt. Gia tũ exiccationis humiditatũ z cõsumptionis uẽtositatũ laudo parũ vini vinosi aũ cibũ sũpti: ut sclauonici: greci uel maluatici. lz in uobis semp suspectam habeam maluasiam. ꝓpter gipsum cum quo artificiatur quod est stomaco z capiti ualde nociuuz tc.

¶ Aqua ꝙ qua utimini cũ vino z religs sit liberi fontis celo z aeri detecta nõ stãs: immo fluẽs odore uel fetore horribilib⁹ denudata. in qua etiã athoma corpuscula nõ natẽt. z si nõ talis hẽat: tũc ei⁹ decoctio malitiã corrigit z castigat. ꝓpter qđ ad cautelã itineranti cuiqz melius est aquã qua uescit ꝓcoctã fuisse: z post eius refidentiã denso pãno collatã. Aqua ꝙ qua fercula ꝓdiunt a suo fonte uel puteo per duas horas prius hauriri debet in uase ligneo quiescere permittatur. ¶ Post hoc leuiter accipiatur: ne superfluitas que iam fundum petierit sue iteruz substantie euertendo cõmisceatur. z capituli tertij finis.

¶ De regimie sanitatis p electionẽ mot⁹ z getis. Cap. iij^m

Ro regimine ꝙ per motũ z getẽ dicẽdũ. primo getẽ uel ociũ maxime uobis inimica fore. p

Quenit tũ post cibi assũptionẽ quescere per horas tres magis q̃z exercitari saltẽ exercitio forti. Exercitium aũt maxime uobis collaudãdũ est. Excutit enim oium fere digestionũ superfluitates calorez nãlem roborat. virtutes oẽs reficit z corpus agile z robustũ reddit. vnde scdo de regimine sanitatis. scdo capo. Exercitiũ est motus uehemẽs intãtũ ut alteret in mai⁹ uel min⁹ uelocius uel spissi⁹. Adipiscunt enim ex exercitio ea que dicta nũc z qz solidant mẽbra. ꝓpter qđ laborib⁹ impossibilia sine nocumẽto reddunt: augmẽtat calor nãlis: meliorat mutatio que digestionũ oium pfectionẽ ꝑsupponit: aperiũtur corporis pori: depuranturqz fumosis euaporationibus spiritus qui omnium sunt instrumenta virtutum.

¶ Species aũt exterior exercitior z si multe sint: laudabiliores tñ uobis existũt: ut exercitiũ equestre ac peditãdo aliquãtulum per solẽ festine ꝓcedere: aut aliquo uelocicursu currere ludere: aut lapidẽ uel ferreũ: aut ligneũ iaculũ agitare: aut ludo pile: quẽ hodie tolli z mãda uocãt inter alios z uobis idoneos solatiose ludere. Est enim hec exercitij spẽs: in qua partes oẽs sufficiẽter z eq̃li fere motu z nõ superfluo fatigant. Caput enim inferiora z iterme die ptes oẽs si diligẽter attẽditis fatigant. de hac exercitij specie considerans utilitatem Galienus libruz edidit quendam de exercitio parue spere. i. pile intitulatum.

¶ Gratia etiam exercitij capitis eius fricationes z pectinationem laudo. ¶ Pedum autem z aliarum partium fricationes z ablutiones que loca exercitij tenent collaudantur. Circa tamen talia iuuenilis etas vigili studio z occupationibus arduis alijs non distracta mor: bis: quia hec lassitudinis sensationem: qua percepta ilico ab exercitio desistẽdum. Et si in exercitij tempore sudare uos contigisset pannis iam humefactis abiectis membrisqz sufficienter exiccatis alios induere pannos procuretis oino

¶ De regimine sanitatis per electionem inanitionis z repletionis. Cap. v^m.

Uarta res non naturalis in ordine supra premissa fuit inanitio z repletio. q

¶ De qua ꝓmus canon. repletio oĩs vitanda z maxime ciborum humidorum z uaporosorum ualde actu z potentia. de quibus tertio capitulo usum est.

¶ Secundus ex cibo non tãtum ad repletionem peruenias ut penitus satur fiat: immo comedẽdũ est reliquijs appetitus adhuc in stomaco manẽtibus: ut etiam supra.

¶ Tertius cibus amplior debet esse in prandio q̃z in cena cum aliorum paritate.

¶ Quartus canon. in sanitate uestra melius est ad latus inanitionis aliq̃lis. i. abstinẽtie q̃z repletiõis declinare.

¶ Obseruet igit in cibis ordo talis: qp post q̃z mane surrexeritis intendatis mundificatione uentris z urine. Deinde ad narium demucationem z excreationem sputi. ¶ Post hec si hora cibi assumptionis consueta perceperitis in stomaco uel in capite grauitatem a prandio abstinendum est. Si autem non: premisso ut supra mille fere passuum per salam exercitio prandendum est.

¶ Si aũt post cibi assumptionẽ grauitas z nausea pcipiat in stomaco: aut ꝓpter cibi multã assumptionẽ: uel ꝓpter cibi q̃litatem malam ilico ꝓuocandus est uomitus. Ille enim sublimis est medicina. vnde Auicẽna q̃rta primi. capitulo 13°. Et uomit⁹ quidẽ euacuat flegma z coleraz z mũdificat stomacum: z remouet grauitatẽ que accidit capiti: clarificat visuz: z aufert fastidiũ: z ꝓfert lassitudini:

ꝛ est medicamẽtū malitie coloris:ꝛ securat ab euẽtu egri tudinū cronicarum:qnimmo curat eas cum acciderint.

¶ Adhuc iterū nulla in stomaco percepta grauitate quã doqꝫ cõueniens est uomitum facere:ipso enim precipit Hyppocras utendum esse singulo mense duobus continuis diebus:ut in secũda die educak qđ per uomituꝫ in prima die agitatum ꝛ non eductum fuit. Laudo aũt nisi aliud repugnet:qꝫ singulo saltẽ uere uomituꝫ ꝓcuretis.

¶ Si ergo uomere temptaretis:aut ad illud necessitas induceret premittendi prius sunt huiusmodi canones.

¶ Primus qꝫ si uomitus sine medicinarū administratione fieri põt:melius est q̃ ipsum cum medicinis iuuare.

¶ Secundus qꝫ si cum medicinis fiat a leuioribus inchoandum de quibus statim.

¶ Tertius qꝫ tps uomitui ꝓueniẽti^o est estas.deinde uer.

¶ Quartus si expediat alijs uomere temporibus anni eligatur hora diei calidior.

¶ Quintus qꝫ nunq̃ fiat uomitus stante uentris constipatione:sed primo uenter leniatur:ut infra dicetur.

¶ Sextus si libet uomitũ ꝓcurare:capiank in prãdio cibi ꝛ multi ꝛ diuersi in substãtia ut grossi ꝛ subtiles: in odore:qꝫ ꝛ fetidi ꝛ leuis aromaticitatis:in sapore: qꝫ dulces acres acetosi salsi insipidi:vnctuosi similiter ꝛ oleaginei ꝛ calidi ꝛ frigidi simul ut carnes ꝛ pisces:ex tãta enim ciboꝝ diuersitate stomacus fastidit^o uomitui paratior fit.

¶ Septimus canon.tempore prouocandi uomitum: cibus non bene masticari debet.

¶ Octauus tempore uomendi moueatur ꝛ exerciteꝫ corpus motu magnifico satis:motus enim magis facit uomere.quarta primi.cap^o.ii^o.

¶ Nonus canon.hora uomendi ligentur oculi ne recipiant fumos ꝛ humores.

¶ Decimus canon.post uomituꝫ lauek facies tota aq̃ ro.

¶ Undecim^o canon.post uomitũ est leuiter comedẽduꝫ: qꝫ stomacus ex illo motu ꝛ eũone debilior factus est.

¶ Duodecimus electiores cibi post uomitum sunt leuis digestionis ꝛ assati meliores q̃ elixi. ¶ Adhuc si post uomitum sentiatur in stomaco mordicatio superponatur lana oleo camomillino calido infusa.

¶ Amplius si post uomitum superueniret singultus: bibatur sepe aqua calida. Et si non confert prouocek sternutatio cum insufflatione puluerꝫ piperis in naribus ꝛ fortius hoc non ualente est administratio pulueris ellebori albi naribus insufflati uel cum penna impositi.

¶ Modi aũt uel instra uomẽdi sunt:ut post ꝓdictoꝝ ciborũ assũptionẽ per horã digit^o iponak ori usq̃ ad lingue radicẽ ꝛ ibi titillatio cũ ipso fiat:ꝛ ꝓuocabit. Qđ si nõ:in tromittak pẽna anseris lõga bñ inferius aut ipsa tingak oleo cõi simplici:aut oleo ꝛ aceto cõmixtis:aut sumatur cyathus vnus aque ꝛ q̃rta pars aceti fortis:ꝛ mixti totũ tepidũ bibak. Exoluũt eni tepida oia robur uẽtris.i.stomaci.ii^o.terapẽtice.hmõi uomẽdi mõi leues sũt ꝛ securi

¶ Si autem per hos uomitus non prouocaretur fiat cuꝫ hac mihi experta medicina sepe.℞.succi radicum liliorꝝ alborum.ʒ.i.puluerꝫ salis gemme:pondus granorum sex ordei.bibatur totum tepidum cum aqua.

¶ Aliud.℞.succi cortic̃is radicũ sambuci.ʒ.i.misceak cuꝫ cyatho medio aque:ꝛ totũ tepidum bibatur. Hec uomitiua primis aliqualiter sunt fortiora:ꝛ etiam secure fieri possunt. Plurima autem mihi experta fortiora dimitto.

Ad intẽtionem

iterū minorandi plenitudinẽ utẽdū his clisteribꝰ

¶ Clistere pro estate.℞.malue:mercurialis:foliorꝝ violarũ.ana.ℳ.i.foliorꝝ blete.ℳ.ʒ.coquank in phiala vna aque usq̃ ad ꝙsumptionẽ medietatis. Deinde colenk ꝛ exꝑmank:ꝛ ex hac colatura accipiank tres cyathi:in quibus misceak olei cõmunis cyathus vnus medius.in uere ꝛ tantũdẽ violacei in estate salis coclear vnuꝫ cassie fistule:ꝛ succari rubei.ana.ʒ.i.ꝛ fiat clistere in mane. Et si grauitatẽ capitis sentiret adiungak predictis ꝛerepigre. ʒ.i. Si autem in intestinis uẽtositatum copia sentiretur cuius signũ rugitus ꝛ gurgulatio in eisdẽ:tũc ꝑdicte decoctioni addank anisi:cimini: fenic.añ.ʒ.i.ꝛ fiat ut supꝝ.

¶ Clistere pro hyeme.℞.foliorꝝ blete.ℳ.ij.furfuris:malue.ana.ℳ.i.coquank ut supꝝ:ꝛ colature addak hec mixtio.℞.ꝛerepigre bdicte:cassie fistule:zuccari rub.añ.ʒ.ʒ.olei de camomilla:ꝛ de aneto.ana.ʒ.i.ʃ.salis coclear vnum.fiat in sero si frigus intẽsum fuerit. ¶ Et adhuc si uẽtositates appeant melius est loco olei cois ponere tantũdẽ olei de ruthe:ꝛ loco salis ponere salis gẽme.ʒ.i.ꝛ fiat:ut dictũ est. ¶ Laudo etiã pro euacuatione leuissima ut utamini saltẽ a mẽse nouẽbris inclusiue usq̃ ad mensem iunij exclusiue cape pillulã alefanginã descriptione ℳ.deſue añ cenã per horã vnaꝫ ꝛ in hebdomada semel: uerũ si capitis ĩstaret grauitas:laudo magis ei^o assũptionẽ ꝑ horas duas post cenã:aut sumak pillula.i.assaiareth descriptione Auic^e.ꝑma tertij.hora iã nũc dicta.mũdificãt eniꝫ pillule tales stomacũ:caput ꝛ ĩstra sensuũ. Neq̃ aligd anxietatis icludũt. ¶ De inanitiõe quoqꝫ supꝝ dixi:qꝫ stãte sanitate ad lat^o ianitiõis mediocriter declinare ꝓueniẽtius est uobis q̃ repletione:in euacuãdo tñ:siẽ ꝛ in replẽdo euitenk excessus in extremis. superfluitas eniꝫ ꝛ defectus ad easdem ducũt causas.ii^o tegni Galie.

¶ De regimine sanitatis per somnũ ꝛ vigiliã. Laꝑ.vj^m

m

Oderantes vigiliã ꝛ somnũ ꝑmittamus cañ. ¶ Primus qꝫ sicut mediocris somnus.s.non prolixus ꝛ non profundus virtutes fortes efficit:ita econtra contrarius:quia cerebꝝ humectat ꝛ totum corpus ꝛ reumatismos facit.

¶ Secũdus qꝫ dormitio diurna vitãda est:nisi repugnet vigilie prolixitas in nocte preterita. In die enim dormire malum ad malas ꝑparans egritudines:generat eniꝫ morbos humectantes ꝛ reumatismos: corrumpit colorem:grauat splenem:laxat neruos:ꝛ efficit pigritiaꝫ.tertia primi.capitulo nono. Melior autem somnus est nocturnus:ipse enim virtutes fortificat:nisi superfluat.

¶ Tertius canon.non est dormiendum post cibum: nisi post saltem per duas horas.

¶ Quartus.cauendum est dormire mẽbro aliquo remanente discooperto.

¶ Quintus canon.non est dormiendum resupine:prepa rat enim corpus ad difficiles egritudines maxime neruorum:qꝫ superfluitates ad posteriora declinare facit.

¶ Sextus.naturalis somnus in estate non transeat octo horas inter nocturnum ꝛ diurnum:ꝛ non excedat diurnus horam:in hyeme sufficit dormire horis nouem.

¶ Sit igiꝫ ordo talis: vigilate ad minus per duas horas post cibum.deinde uos lecto exponatis ꝑus super latere dextro ubi per primũ somnum est dormiẽduꝫ.postea sup sinistro post qđ iterum ꝛ super dextro reuoluẽdo uertendum. ¶ In omni quoqꝫ dormitione caput sufficienter eleuatum seruek. ¶ Dormire autem super uentre digestionem vigorat:sed oculis nocet. ¶ Amplius nõ est dormiẽdum stomaco uacuo. ¶ In vigilijs autez reliquuꝫ ꝑis expendak:ꝛ ab excessu in eis fugiendum: supflue nãq̃ vigilare ualde debilitat:ꝛ spiritus resoluit.

¶ Post aũt excitationẽ a somno intendẽdũ est expulsioni supfluitatum:ut capitulo precedẽti visum: post que oia sit occupatio sermonibus rerũ aiam delectãtiũ ꝛ quersatione prudẽtiũ:aut locutione uel narratione hystoriaruꝫ ꝛ nouoꝝ delectabiliũ:ꝛ eoꝝ que spũs dilatant leui ꝛ moderato motu.vnde ad subtiliora speculari ꝓcedendum.

¶ De regimine sani.p electionẽ accitũ aie. Laꝑ.vj^m

v

Ltimũ aũt ꝓpositoꝝ expediẽs:iam nũc ad aie mẽsurãdum accidẽtia trãseundum. Dicenduꝫ ergo talia fore:ut leticiam tristiciã iram sollicitudinem angustiam melancoliaꝫ:ꝛ similia.ꝛ qꝫ in omnibus his passionibus motus fiunt in spiritib^o inordinati:

aut subito de cẽtro corpis ad circũferẽtiã: aut ecõtra: qb⁹ violẽter ꝛ ipoꝛtune motis accidit ꝛ in virtutibus magna mutatio cũ spũs ipsarũ sint instra: talia oĩa euitari debẽt.

¶ Primus igit canon. accũtia oĩa in qbus subitus ꝛ fortis fit mot⁹ de cẽtro ad extra summope fugiant. nã in breui tpe ut frequẽter extinctioni spirituũ ꝓparant regalia mẽbra. Hec aũt sunt leticia maxima que gaudiũ pintẽsuꝫ a medicis nũcupat uehemens risus ira ꝛ angustia fortissime. Similiter ecõtra ea in qbus fit motus maximus de circũferẽtia ad cẽtrũ euitari debẽt. Excessus tamen istoruꝫ equalitate minus malum est q̃z in alijs: postponant igit oĩa ista: ut Galieno placuit. Exterminãt ꝛ mutãt hec oĩa corpus ab ea que ꝑm naturam consistentia. tertio tegni.

¶ Denuo ꝯoꝛ apud hec accidẽtia coitus annecti solet. ideo eius excessum inq̃z tanq̃ uenenũ pestiferũ fugiendũ: ita etiã ꝙ natura ad ipm studiose nullatenus inuiteꝛtur: imo ecõtra. Extenuat enim ꝛ exanimat corpus superfluus eius usus. Incitãte igit uos natura ad coitũ ꝛ non aliter fiat in septimana bis uel semel: licet minus in estate. Et sit in mane ꝑma iam ꝛ scda digestione cõpletis. s. stomaci ꝛ epatis: ꝛ fiat suauiter nõ cũ impetu: ꝛ post ipm modicũ dormiẽdũ. Neq̃z eadẽ die exercitãdum ualde. Nec mirãdũ ex his que de coitu dixi. Eius enim excessus ultimos medullis imittit aculeos: ut accedente senio incurabiles ꝛ effeminates passiones: quibus moꝛs peligẽda foret: adducat: est igit ab eius ficut ꝛ alterius cuiuscũq̃ supꝛadictoꝝ excessu fugiendus. Et expulsis his freno sobꝛietatis ꝛ reliquis aĩe accidẽtibus intellectis libꝛa recte pensatis felicem iocũdam ꝛ sospitem vitam agetis: quam uobis annuat cunctipotens ille deus qui cuncta regit alieno minime motu uel regimine uectus Amen.

Consiliũ. II.

De regimine trãsfretãtiũ ꝛ cura accidẽtiũ eis ꝙtingẽtiũ que sunt.

¶ Nausea cõturbatio stomaci ꝛ immoderatus uomitus.
¶ Fluxus uentris ꝛ ꝓprie diaricus.
¶ Dolor capitis.
¶ Ualida sitis.
¶ Vigilia immoderata.
¶ Debilitas virtutis.
¶ Debilitas appetitus ꝛ abhominatio cibi.
¶ Extenuatio immoderata.

B reuerẽdissimũ in christo patrẽ ꝛ dñm dñm Abbatẽ camarascẽsem de ꝓuincia anglie: consilium ꝓ trãsfretando interram sanctam hierosolymitanaꝫ ad sepulchꝝ salvatoris nostri domini Jesu christi. ¶ Vir deuotissime atq̃ benignissime pater accidẽtia que trãsfretãtibus accidere possunt plurima sunt numero.

¶ Primum quidem est fortis nausea conturbatio stomaci ꝛ immoderatus uomitus.
¶ Secundum est fluxus uentris utplurimum diaricus.
¶ Tertium est dolor capitis ex agitatione materierũ aduenies ut in pluribus.
¶ Quartum est ualida sitis.
¶ Quintum est vigilia immoderata.
¶ 6^m ẽ debilitas ꝟtutũ oĩaꝫ ꝑdcã accũtia nec̃io ꝙcomitãs.
¶ Septimum est abhominatio ciborum omnium aut appetitus ablatio uel coꝛruptio.
¶ 8^m ꝛ ulᵐ est macrefactio uel immoderata extenuatio.

Et primum qdẽ accñs siue ꝙtingat ꝓpter agitationẽ in humorib⁹ pueniẽtem inundationib⁹ ꝛ fluctibus aquarũ: siue ꝓueniat ab accidẽte animi qõ est timoꝛ magn⁹ oĩno difficile est: ꝛ magni nocumẽti indigens cita ꝛ conuenienti ꝓcuratione.

¶ Ꝓuideat itaq̃ ꝑmo huic accñti anteq̃z eueniat accipiendo post cibũ coriandri ꝙditi cũ bono zuccaro coclear: aut ꝛ melius: accipiant post cibũ frusta duo uel tria diacitonitẽ sine spẽbus. Ego ꝯo multis gallicis qui visitauerũt terrã sanctã solui facere ꝙfici cõfectionẽ hãc. ℞. cõserue citonioꝝ absq̃ spẽbus ℔. ſ. masticis. ʒ. i. granoruꝫ mirti ameos: coriãdri ꝓparati puluerizatoꝝ. aã. ℈. ij. in coꝛporent sil cũ miua citonioꝝ: ꝛ fiat cõfectio solida: ꝛ est multum efficax. Cuius usus ꝓseruat ab euentu accidẽtium ꝓdictorum: immo curat cum iam euenerint.

¶ Cum ꝯo accũtia ꝑdicta ꝛualuerint ad subueniẽdũ cito ꝑmo ligent brachia ꝛ genua sup tũcturas per q̃tuoꝝ digitos ligaturis doloreꝝ aliq̃liter faciẽtibus: ꝛ si contulerint bonum est: ꝛ si non contulerint tunc bonuꝫ est ꝙ ponat uentosa magna in medio stomaci absq̃ scarificatione.

¶ Scdo fiat ei suppositoriũ si nõ fuerint fluxꝰ cõplicatꝰ cũ melle aut cũ cãdela de pinguedine inuoluta cũ modico puluere collogn. aut supponat radix blete: spica alei inuoluta cũ modico puluere scamonee: ꝛ si nõ fuerint sedata accidẽtia infundant subito pedes in aquam frigidaꝫ.

¶ Post ℔ aũt iungat stomacꝰ hoc vnguẽto. ℞. olei de mastice: olei de mirto. aã. ʒ. ſ. olei de citõijs. ʒ. i. ambꝛe: muſci: aã. ℊ. i. laudani purissimi gallie: musſ. ligni aloes. aã. ʒ. i. resine electe. ʒ. i. roſ. coriãdri ꝓparati ſpodij: cipꝛi: ſq̃ nãti aã. ʒ. ſ. gari. mẽte. aã. ℈. ij. cere q̃stũ sufficit. fiat vnguẽtũ bñ glutinosuꝫ ꝛ applicet stomaco pluries in die.

¶ Et si fortiꝰ desideres fiat cerotũ tale. ℞. resine. ʒ. vi. picis nauallis. ʒ. ſ. laudani: gallie musſ. ana. ʒ. ij. colofonie. ʒ. i. ſ. acatie: ipogſtidos: thuris: sandarace. aã. ʒ. i. cere q̃stũ sufficit. fiat cerotum stomacale ꝛ est elegans medicina.

¶ Sexto iterũ si nõ geta fuerit accũtia accipiat. ʒ. i. syru. de berberis: aut de ribes: aut de granatis: aut oxiꝫaccare aut syrupi de mẽtha: aut miue citonioꝝ: aut syru. de succo fructuum: cum aqua decoctionis coriãdri ꝓparati: aut granoꝝ mirti: aut masticis: aut granorum ribes: aut cũ berberis: ꝛ similibus. Cuius aque poꝛtio sit duplaꝫ aut tripla ad syrupos ꝓdictos de quib⁹ omni mane ꝛ pluries in die accipe põt. Et comedat cibaria facilis digestionis ut pullos carnes vitulorum castratorum iuuenuꝫ edorum colũborum: omnes conditus cum aceto: ꝛ melius cũ succo arãcioꝝ: aut agresta uel vino granatorum.

¶ Lõfectiones ꝯo in casu isto ꝙueniẽtes sunt coriãdrũ ꝓparatũ auellane assate: citonia ꝙdita: pira ꝙdita: mirabolani: kebul. ꝙditi. Hec sunt qbus stomaco ꝙuideri põt.

Pro regimine ꝯo scdi accũtis. ſ. fluxus uẽtris ꝙferũt oĩa ꝓdicta stomacalia. Itẽ ꝙfert hoc clistere. ℞. granoꝝ mirti: cupulaꝝ glãdium: acatie: ipogſtidos: thuris: ciperi: sandarace: balaustie ana. ℳ. i. coquantur oĩa in ℔. viij. aque usq̃ ad ꝙsumptionem medietatis: ꝛ exprimant fortiter: ꝛ de hac colatura. ℞. ℔. i. miue citoniorum. syru. de mirto. aã. ʒ. ſ. electuarij de thure. ʒ. i. olei citoniorum: olei de mirto. ana. ʒ. i. ſ. dissoluantur omnia simul: ꝛ fiat clistere.

¶ Ꝓ isto etiã ꝙfert iungẽ uẽtrẽ iferiorẽ cuꝫ ℔ vnguẽto. ℞. olei roſ. olei de mirto. aã. ʒ. i. trocis. de spodio: de boloar. de balaustijs. aã. ʒ. ij. cere. q. ſu. fiat vnguẽtuꝫ molle q̃ bulliat i. ʒ. iij. succi plãtaginis usq̃ ad ꝙsũptiõez succi.

¶ Ꝓ isto intẽtione ꝙfert sepe apponere uentri uẽtosam magnam inter vmbilicũ ꝛ pectinem sine scarificatione.

¶ Suffumigiũ bonũ ad fluxũ uẽtris. ℞. corticũ: granatorũ balaustiaꝝ: colofonie. aã. ʒ. i. thuris: ſtoracis: calamite: gallie musſ. acatie: granoꝝ mirti: coriãdri ꝓparati: ipoquistidos. aã. ʒ. ſ. boli ar. ſan. ɔra. aã. ʒ. i. ſ. fiat puluis ſbtilis ex quo ꝓiecto sup carbones ignitos suffumiget ficteri ꝛ partes inferiores. Lõfert etiã ad hoc ℔ potus. ℞. electuarij de thure. ʒ. iij. miue citonioꝝ. ʒ. ſ. aque decoctionis coriandri ꝓparati. ʒ. ij. ꝛ detur in potu in aurora tepidum.

Sedatur autem dolor capitis accipiendo de syru. ꝓdictis quietantibus agitationẽ materierum. Item cum diuersionibus anteꝓsitis.

¶ Et iterum potus bonus ad illud. ℞. syru. de papauere. ʒ. i. oxiꝫaccare. ʒ. iij. aque decoc. coriandri ꝓparati. ʒ. ij. detur in potu post cenam per duas horas.

¶ Linimētū bonū ad dolorē capitis. ℞. olei de nenufare: olei ros. aā. ʒ.i.ſ. ſe. lactuce: papaueris albi. aā. ʒ.i.ſ. anisi: feniculi. aā. ℈.i. ros. ſief. memite. ana. ʒ.i.ſ. thuris: acatie: opoquiſtidos. ana. ℈.i. cere quātū ſufficit. fiat vnguētuz molle: qō bulliat in. ʒ.ij. emulſionis papaueris: uſqz ad cōſumptionem eius: ⁊ eſt medicina conueniens.

Curatur ⁊ q̄rtū accidēs. ſ. ſitis cū ſyru. ſupi^o poſito i ſedādo fluxū ⁊ agitationē ſtomaci.

¶ Appropar^o pot^o bonus ad illō eſt. ℞. ſy. de nenufare. ʒ.ſ. ſy. acetoſitatis citri. ʒ.i. aq̄ decoc. maluarū: aut ſblimatiōis earū uel aq̄ ordei duplū: ⁊ bibat de lb sepe in potu.

¶ ℳdelior: aūt ē lb. ℞. ſyru. de limonib^o. ʒ.ij. aque fontis cum eſt ualida ſitis tantūdem: Cōmunior autem ⁊ melior: eſt iulep violarum: aut roſarum ſimul aut diuiſim accipiendo. ʒ.ij. cum equali pondere aque ordei.

¶ Ad hāc intētionē ualet retinē in ore ſacculos puos rotūdos. fiat ex p̄dictis mucillago: cui addant pulueres iſti. ℞. ſeminū lactuce: papaueris al. ſucci ligni. ſe. ſcariole ⁊ acetoſe. aā. ʒ.ſ. ꝓficiant ſil ⁊ ipleant ex eis ſacculi q ſp teneant i iulep ro. ⁊ vn^o eoꝝ i os teneat p̄mutādo ipz sepe.

Curatur aūt aliud accidēs. ſ. inſtātia vigiliarum p̄mo cum ſyru. iam p̄dicto de papauere. Item cum linimento ſuper fronte ſup: ſcripto.

¶ Item cuz potu iſto accepto in ſero per duas horas poſt cibum. ℞. ſyru. violarū: ſyru. de nenufare: ſyru. de papauere. aā. ʒ.ſ. aq̄. decoc. papaueris al. ʒ.ij. ⁊ accipiat ⁊c.

¶ Conferi ad illud abluere pedes in ſero cum hac decoc. ℞. flor nenufaris: violarum: lactucarum: ſolatri: foliorū vitis ⁊ ſalicis: flor camomill. ana. ℳ.i. coquantur oia in aqua ex qua mediocriter calida abluātur pedes uſqz ad coxas ⁊ manus ⁊ brachia per horam ante cenam.

¶ Conferi etiam ad hanc intētionem odorare sepe poma mandragore ⁊ flores violarum: aqua nenufaris: extremorum vitis ⁊ foliorz ſalicis: ⁊ ſimilia frigida ⁊ humida.

Pro curatione ſexti accñtis. ſ. debilitatis ꝑtutis ꝓferūt brodia pulloꝝ ꝙuenientis decoc. cū aq̄ bugloſ. ⁊ modico vini aro. dulcis ⁊ ſuauis sepe bibita. Itē aq̄ ſublimatiōis caponū uel gallinarū. Itē elarij regis ex quo i mane añ cibū aſſumat cochear vnū ⁊ in die pluries. Itē optia eſt ꝙfectio de iacinto deſcriptiōe Auic^e ſ^o cañ. ſūma p^a. Itē ꝙfectio dia margaritō deſcriptiōe Nicolai i Antidotario. Et he oēs ꝓferūt maxime q̄n debilitas ꝙuenit cū ſignis frigiditatis.

¶ Quādo ꝙo debilitas cōplicat caliditati ꝓferūt p̄mo cōdituz de roſis: de floribus bugloſ. aut boraginis: aut de violis quam sepe in potu accipiat cum aqua ſublimationis pulli: aut aqua bugloſ. aut aqua recenti ⁊ modico vini maluatici uel alterius dulcis aromatici ⁊ ſuauis.

¶ Cōfert ēt ad itētionē iſtā sepe odorare pomū lb. ℞. violarū: roſ. floz nenufaris: ſandal. al. boli ar. aā. ʒ.i. cāphor. ℈.i. ſe. baſilicōis g̃. keſmes gaz. ſe. acetoſ. coriādri p̄pati aā. ʒ.ſ. macis. ʒ.i.ſ. puluerizēt oia cū aq̄ ro. muſcata: ⁊. ʒ.ſ. lau. puriſſimi fiāt poma que sepe odorata potēter viui ficāt ꝑtutē vitalē ⁊ aialē ⁊ in eūonib^o ⁊ in accītib^o alijs.

¶ Silr ēt ad hāc itētionē accipe pulueris deſcrip. p̄dicte. ʒ.i. aq̄ bugloſ. aq̄ ro. aā. ʒ.i.ſ. muſci: cābre. aā. g̃.i. cāpho. re. g̃.ij. aceti: vini maluatici. aā. ʒ.i. piſtent oīno i mortario ⁊ ex eo sepe madefiat ſto^o facies ⁊ nares ⁊ uole man^o ⁊ pulſus brachioz cauille ⁊ plāte pedū. ⁊ ē utile ualde ⁊c.

Penultimū ꝙo accidēs qō eſt ablatio appetitus ⁊ abhominatio ciboz oium ſi bene cōſideret facile remoueri p̄t cum his que ſedāt ꝙturbationem ⁊ uomitū ſup his factis cum ſuccis arancioz: vino citonioz: ⁊ aqua ro. muſcata. vino maluatico: ⁊ modico aceti: bonus enim odor excitat appetitiuā ſtomaci ⁊ ꝓprie cuz fuerit in nutritiuis. 13^a tertij colligēdū.

¶ Linimētū bonū ad illō ē lb. ℞. mice panis aſſate ⁊ infuſe ꝙ q̄tuor horas i vino citonioz: ⁊ aceto. ana. ʒ.ij. poſtea terat i mortario ultima ꝙtritione: ⁊ cū iſtis. ℞. reſine diſſolute cū vino maluatico. ʒ.i. ſumac: granoz mirti: ameos: cortādri p̄pati. aā. ʒ.i.ſ. macis: gariof. aā. ʒ.ſ. iocoꝝ penē ſil in mortario uſqz ad bonaz glutinoſitatē ⁊ ſtō ſupponat.

Pro cura ultimi accñtis. ſ. macrefactionis ⁊ reſolutionis obſeruenē oia que dicta ſunt in regimine ſexti accñtis. ſ. debilitatis oīuz virtutū.

¶ Cōpoſita ꝙo duo nūc elegātia ſcribēda ſūt. p^m eſt lb. ℞. albumina ouoz recētiū numero. x. zuccari al. lb. i. aque bugloſ. ʒ.iij. ꝙaſſent ſil oia in caceola diligēter. deinde ſup cinerib^o calidis abſqz flāma cuz ſpatula agitando coagulent ⁊ in fine ſupaſpgat modicū vini citoniorum.

¶ Aliud cōpoſitū ad hoc ℞. pulpe pulli pinguis ⁊ iuuenis bñ cocti lb. ſ. ſpecierū elarij regis. ʒ.i.ſ. trociſ. de violis. ʒ.ſ. amili. ʒ.ſ. zuccari al. ʒ.i. granoruz pinearum infuſoz in aqua calida per tres horas. ʒ.iiij. incorporētur ſimul ⁊ fiat electuarium. De quo omni fere tempore accipere pōt cochear vnum bibēdo poſt illud vinum albū dulce ⁊ ſuaue cōmixtum equali quātitate aque fontis electi ⁊c.

Conſilium. III. De p̄ſeruatione corpoz debilium in aere ſubtili.

Uoniā aer ciuitatis florētie multa ſui ſubtilitate faci/

q le penetrādo in corpa alterat ea ſi fuerit i diebus frigiditatis uel caloris occurrēs corpib^o facile alterabilib^o: aut rōne raritatis eoꝝ: aut rōne debilitatis totius corpis que diſponit corpa ad ual de facile alterari uel rōne debilitatis q̄rūdā determinatarū ptium corpis. Et q: vir egregius dñs Baptiſta aliguamine ualde pat^o eſt ledi p̄m totū corpus ꝓpter debilitatē que eſt in eo: etiā ꝓpter texture raritatez. Et tertio iterū ꝓpterea q: caput eius ⁊ pect^o frequēter laborat lapſu frigido ex materia ſupiori ad ip̄m pect^o catarrizāte. Etiā ſtomacus eius naturaliter eſt debilis. Ideo opotet eidem aliqō p̄ſeruatiuū regimē p̄m rōnem p̄parari.

Uidetur itaqz mihi q: vir iſte utat q̄tuor ſcriptis remedijs: quoꝝ uſus ſit a p̄ncipio menſis martij per totum menſem ſeptembris: deinde alijs quinque remedijs utatur a p̄ncipio menſis octob: is per totum menſem febr: uarij.

¶ Primum itaqz remediū quo uti p̄t p̄m primum ordinem iam dictū eſt hoc. ℞. aloes infuſi in ſucco endiuie p quinque dies. ʒ.i. maſticis thuris corallorum amboruz cubebarum aā. ℈.ſ. exiccet aloes cum ſucco illo in ſole uel ſub tegula. Deinde ſuperaddant pulueres p̄dicti cū ʒ.i. reubarbari electi: ⁊ fiant pillule ex omni. ʒ.vj. de quibus in ſeptimana ter parum ante cenam accipe p̄t vnā Et ſi caput eius notabiliter graue percipiat accipiat aliaz per duas horas poſt cenam: ut dictum eſt multotiens.

¶ Secūdū ꝙo remediū eſt cōfectio iſta de qua sepe accipiat ſaltē in ſeptimana q̄ter parū ante cenā: uel aā p̄dictum rotulam vnā p̄deris. ʒ.iij. ¶ Cuius deſcriptio eſt hec. ℞. ſpecierū electuarij de ligno aloes ſpecierū diambre aā. ℈.ij. ligritie aniſi violaruz. aā. ℈.i. zuccari albi libz.ā. ſ. fiat ꝓfectio cum aqua mēthe in rotulis iam dictis.

¶ Tertium ꝙo remedium p̄ncipale eſt hic puluis de quo ſaltem in ſeptimana bis hora dormitionis ſuperaſpgat cōmiſſure ſagittali capitis quātitatem granorum ordei quinque. ℞. ligni aloes. ʒ.i. gariofilorum. ʒ.ſ. ſandarace roſarum. aā. ℈.ij. violarum. ℈.i. fiat puluis ſubtilis.

¶ Quartū ꝙo inſtr^m eſt iſtud cōpoſitū de quo aliqñ accipiat trib^o uel q̄tuor dieb^o ꝓximis. Cui^o deſcriptio ē hec. ℞. aque mēthe aq̄ abſinthij aq̄ cicoree. aā. ʒ.i.ſ. miſce.

Primum ꝙo remedioꝝ q̄bus uti debet a mēſe octob: is uſqz per totū mēſem febr: uarij ſunt pillule iſte de q̄bus accipe poteſt ſicut de p̄dictis dictū eſt. ℞. ſpecierū ꝑere abſqz aloe. ʒ.i. aloes infuſi i ſucco uel in aqua maiorane per. vij. dies. ʒ.ij.ſ. ſalis indi. gra. vj. reubarbari electi. ʒ.i.ſ. reformentur pillule cum ſyrupo de ſticados ex omni. ʒ.vij.

No. opim de Cruſtapanis Montag^e

¶ Scōm ꝙo remediū ꝑncipale est ut descriptiōi puluer̄is capitalis supꝰ positi addant folia ameos amomi.aā.ℨ.v. ambre ℨ.ij.ꝛ fiat puluis cuiꝰ usus sit ut de ꝑdicto dictū est

¶ Tertiū ꝙo speciale remediū est electuariū hoc.de quo accipiat oī tpe dicto saltē tribꝰ vicibꝰ in septimana in aurora ꝛ tardek post ipm cibus horis gnque aut saltē quatuor.ℨ.specierū plirisarcoticon.ʒ.iij.specieruz diatrionpipereon.ʒ.ij.capilloꝝ ueneris liquiritie violarum lambruſce foliorum nenufaris.aā.ʒ.i.seminis endiuie acetoſe ſcariole ana.ʒ.ij.ſyru.cōſeruationis zinziberis lb.i. penidiarum.ℨ.i.ſ.fiat electuarium.

¶ Quartum ꝙo speciale remediū est puluis iſte qui ligatus in ſindone frequēter odoretur.ℨ.ligni aloes.ʒ.ij.galie muſcate.ʒ.i.ſtoracis calamite been albi ꝛ rubei zedoarie cubebaruz.ana.ℨ.ij.corallorum rubeorum ſandalorum alborum coriandri ꝓparati roſarum lambruſce. aā.ʒ.i.ſ.seminis basiliconis macis.ana.ʒ.iij.fiat puluis uel ex eo cum electo laudano fiat pomum.

¶ Quintum ꝙo speciale remedium quo uti debet est ut sepe in diebus hyemis faciat gargariſma ex hac mixtiōe bis uel ter in septimana per vnā horā ante cenā.Cuius descriptio est hec.ℨ.aque ſublimatiōis maiorane.ℨ.iij. ſy.de calamēto.ℨ.i.oximellis ſquillitici.ℨ.ſ.miſce totū ꝛ caliduz in os gargarizando teneatur:ꝛ ſufficit quantitas iſta ꝓo duobus aut tribus diebus.

¶ De regimīe aūt per cibos ꝛ poꝰ obꝑuādo per applicationē ſex rerū nō nāltū teneat ordinē quē alias ſermone meo ꝺclarauī ſibi ꝛ i ſcriptura redegi.ad laudē dei amē.

¶ Bartholomei mōtagnane medici ꝑclariſſimi De egritudinibus cerebri conſilia ſequuntur.

Conſilium.I.

De ſoda a colera vitellina partim per eſſentiā in capite ptim per colligantiam ſtomaci chiſtis fellis ꝛ epatis.

Jr humaniſſimus ꝛ exi
v mius legum docto: dñs Antonius Bertoldus dilectiſſimus gener meus moleſtat diſpōne que apud arabes ſoda:apud grecos iam cephalea dicit.ꝛ est dolo: capitis caput totū cōꝓhēdens ſatis intēſus tēpore quo periodicat.nā est afflictēs ipſuz nō ſemꝑ:ſed quodā determinato tēpore ut iferius apparebit:quare periodicus.i.reuerſiuus dicitur talis dolo:.

¶ Eſt aūt talis dolo: ꝑtim per eſſentiā appꝛopꝛiatꝰ capiti:partim ꝙo per colligantiā a ſtomaco dependens.

¶ Et ꝓmum quidem declaratur ꝓpter fixionem dolo ris:ꝫ non multum intenſi a quo non euacuatur in magna parte ſue vite ꝛ occupationum eius.

¶ Scōm ꝙo declaratur eo ꝙ iſte dolo: reuoluit de intenſo ad remiſſum ꝑm uarietatē diſpōnis ſtomaci. Et mirabile quidē dictu nouuz genus accidētis est hoc . Nā cuz vir iſte ieiunat ſicut ſepiſſime ſua deuotione conſueuit illa die parum aut nihil moleſtat a dolore.ſed die ſequēti cum cibat ſiue parū aut multū uel mediocriter quoqz cibo accepto quacūqz qualitate ꝑticipet dolorem tante intenſionis incurrit ꝙ ipſum vix tolerare poteſt.

¶ Et ad ſoluēdū hoc ꝓblema q̄re iſte dolo: intēdit die ſequēte ieiuniū ꝛ nō eadē die opꝫ parūper ꝓhice ꝓtēplari

¶ Supponat igit ꝑmo.q: iſte vir a gñatiōe ſāguineꝰ est.

¶ Supponēdū ſcōo.ꝙ maxime epar eius ſanguineū est.

¶ Jremittēdū ʒ°.ꝙ ſanguis huiꝰ viri notabilr groſſus est. qō ex multis declarari pōt.ꝑmo q: cōꝑreſſis uenis eiꝰ tumeſcētibꝰ ſanguis eius pigra curſibilitate mouet in eis.

¶ Scōo ꝓbat.q: ꝓpter amplā hūiditatē ſtomaci multa flegmata mucillaginoſa per viā indigeſtionis gñant. hūiditas enī mēbri maio: q̄z debet reddit ꝛē. ¶ Adhuc idem ꝓbat tertio.quia ſanguis eiꝰ ingroſſat a flegmate defluēte a cerebꝛo eiꝰ. ¶ Et quarto iterū.quia ꝓpter notabilē caliditatem epatis magna pars vnctuoſitatis ꝛ aereitatis ꝛ calide partis ſanguinis reſoluit.ergo reliquuz remanet ſpiſſius. ¶ Et quinto iterum ꝓbatur.q: ꝓpter caliditatem renum ꝛ amplitudinem viarum urinalium magna pars aquoſitatis educitur per vias urine. ergo reliqua maſſa ſanguinis remanet ſpiſſa.

¶ Jremittēdū ergo ꝙ in epate huiꝰ viri uel in chiſti fellis eius colera que reperit etiā notabilr groſſa est:qō facile ꝓbari pōt per ſex rōnes quibus ꝓbata est groſſitudo in ſanguine:ꝛ maxime per tertiā rationem.ſ.per cōmixtionem groſſi flegmatis cuz ipſa colera. Ad talem enim cōmixtionem generat colera nota ꝛ famoſa vitellina dicta que ꝛ ſine dubio groſſio: est q̄z rubea ꝛ citrina colera.

¶ Jremittēduz ultimo ꝙ oē epar in quo vitellina colera multiplicat ualde paratū est ad oppilatiōes ꝛ frequētes.

¶ Iſtis ꝓmiſſis ſoluat ꝓblema ꝓmū dicēdo ꝙ tempore ieiunij ſanguis ꝛ colerica materia facile ingroſſat.ſ.que est inuēta in epate magis q̄z qū homo nō ieiunat:ſed ad talē igroſſationē ſequit oppilatio in ꝓcauo ꝛ gibbo epatis.ℨ ꝓhibitio trāſitus ꝓſuete quātitatis colere per vias urine ꝛ per vias uentris.ℨ colera iſta retenta retrocedit ꝛ multiplicat per canale a chiſti fellis ad ꝓfundū ſtomaci.ꝛ per clauſionē gibboſe ꝑtis epatis inferioris materia colerica multiplicat in uena chili aſcēdēte. ergo poterit ad caput cuz maiori quātitate ꝛ poteſtate ſua aſcendere. ꝓbat ꝓſequentia hec.quia materia multiplicata in ſtomaco ad ipm delata facile pōt euaporando dolores efficere ꝛ intenſos in capite.ꝛ multiplicata per cōcauuz chilis aſcēdētis coꝛporaliter poterit fluere ad caput per uenas a chili aſcēdēte ramificatas ꝛ caput interius igrediētes. Jrime aūt rōnis maio: ſuſtētat ex ſuppoſitiōe quarta cum ſuis ꝓbationibus.mino: ꝙo ꝓbat ex ſuppoſitione ꝙta.ergo ſequit ueritas ꝓſequētie.ſ.ꝙ ꝓpter talem oppilationem dolo: capitis intenditur in hoc viro.

¶ Contra.q: data illa rñſione ſequit ꝙ in die ieiunij non minus debet dolē caput q̄z in die ſequēti.ꝓbat ꝓſequētia.q: in die ieiunij nō mino: pōt accidē oppilatio q̄z in die ſequēte ieiuniū:ꝫ ad talē oppilationē ſequebat euaporatio uel delatio colē ad caput.ut ꝓceſſuz est.ℨ etiā in die ieiunij h vir debet magnifice dolē caput.ꝓbs aūt repugnat expīētie.huic viro nū q̄z māifeſte dolet caput in die ieiunij.ꝛ i die ſeq̄nte iſꝫ fortiſſimo dolore moleſtat.

¶ Ad hoc motiuū rñdendū est negādo illā ꝓſequētiam.

¶ Jrimo qdem ad ꝓbatiam dicēdū est ꝙ dato ꝙ in die ieiunij intendat caliditas in ſtomaco ꝛ in epate:ꝛ etiam multū reſoluat de aqueo aereo ꝛ vnctuoſo ſanguinis ꝛ colere.ꝛ adhuc dato ꝙ ſanguis ꝛ colera ingroſſent magis q̄z tēpore cibationis.nō ualet tñ ꝓbatia.caliditas reſolutiua est intēſior.materia attracta inuenta est notabilis groſſitudinis ꝛ quātitatis.ℨ ab eis maio: fiet oppilatio.

¶ Illa ꝓbatia fallit:nō enīz fit oppilatio mēbroꝝ ꝓcipue a materia ut multa ꝛ groſſa:ꝛ adhuc in vijs poſita:ꝫ oppilatio ꝑncipaliter fit ꝓpter impotētiā virtutis materiaz a vijs expurgare nō potētis:cuz enim fortio: ſit virtus tēpore ieiunij ad ꝓhibendū oppilationes.q: nō est aggrauata ſimul a cibo ꝛ materia humorali.ſequit ꝙ ipa ꝓhibebit oppilationes.die aūt ſequēte ieiuniū iam a duplici cauſa grauat virtus.videlicet a materia in ſtomaco in uēta attracta ꝛ ingroſſata.ꝛ a cibo qui de nouo acceptus est.ergo ipa virtus tunc minorē hēbit ꝓportionē ad reſiſtendum fiendis ꝛ inceptis oppilationibus q̄z quando non erat aggrauata cibo ut in tempore ieiunij.

¶ Et ex fundamento conſideranti apparet pulchre ſolutio ad ꝓblema ſecundum.ſ.quare hic vir magis dolet caput in die ſequente ieiunium q̄z in eadem.

¶ Apparet ſcōo ꝑncipaliter ꝙ ſequela illa nihil poterit cōcludere.nā talis ſequela non ꝓbat hunc dolorē capitis ſupuenire niſi in ꝑtute ꝓntie:ꝫ deſtructa ꝓntia deſtruit ꝛ ſequela:qñ ad deſtructionē ꝓntis ſequit deſtructio antecedētis:ut in ꝑmonibus logicis apparere pōt.

¶ Et ex hoc fūdamēto iterū ſequit tertio ꝙ hic vir nunq̄z

fere a leui dolore euacuat. ꝑbat cōclo. q: tota habitudo ei⁹ t epar notabilr sunt calida. ex ꝑma t scda suppōnib⁹ t in eo iuenit colera multa euaporatiua ex suppone ḡrta. t in eo inuenit ꝓsentia oppilationū aliquarū in cōcauo aut in gibbo epatis ex suppōne gnta. ergo sequit q colera pōt euaporādo ad caput illū dolorē efficere.

¶ Et ex dato fundamento iterū sequit quarto q dolor in alijs tpibus diuersis a die sequēte ieiunū est paruus t leuis. ꝑbat correlariū. q: dato q in his tpibus adhuc multa colera ferat t euaporet ad caput: tū nō pōt in eo grandem efficē dolorē. ꝓpterea q: ꝯtus nō grauata cibo fortio: est ad resistēdū impssioni materierū t rectificationi earum. fortis enim virtus omnia ꝓtēnit t sustinet. imbecillis t debilis ab oibus contristatur. vndecimo terapēutice. etiam forti virtuti nihil resistere potest in expellendis nociuis. 7ª aforismorum. commento. 55°.

¶ Adhuc ex ꝑdicto fundamēto sequit gntū correlariuz. q talis egritudo in ꝛ̄ viro est pti per eēntiā dispositio capitis. ptim per colligantiā stomaci chistis fellis t epatis.

¶ Et sequitur penultimo inuētio cause materialis huius egritudinis. est enim ipa colera vitellina ut patuit supra tertia t quarta suppositionibus.

¶ Et sequit ultimo q hec dispō in hoc viro nō leuiter est ueréda. est enim egritudo duoꝝ mēbroꝝ ꝓncipaliū. s. cerebri t epatis t duoꝝ notabiliū mēbroꝝ: quoꝝ vnū fuit toti fuitute ꝓparatoria t latoria ut stomacus: qui. s. transmutat cibū in chilū: t defert ipm ad epar per meseraicas uenas. Et est dispō alteri⁹ mēbri fuictis epati t toti ꝯtuti latoria inquātū trahit colerā ab epate purificando sanguinē ab ea. t defert partē eius ad intestina in vigorādo solutionem t ad fundū stomaci vigorando digestiuam.

¶ Ex qbus tandē ultimate ꝛcludit q opz hūc virū solertē esse t assiduuz in sui curatione t felicitabitur opus eius. Igit regimen huius viri in duo capitula partiēdū est.

¶ Capitulum de regimine per dietam.

¶ Primū quidē capl'm sex ꝛtinebit ptículas ꝑm numerū sex rerū nō nāliū que ꝙuenīēter admi
e nistrari oportet. Et ꝓma ptícula erit de regimine per ꝙuenientem applicationem aeris: t sic de alijs.

¶ Quātū aūt ad ꝑmā particulā ꝑmittēdum est q oportet eligi aerē ciuitatis loci uel camere inclinatū ad frigidationē t humectationē gratia ꝓseruādi nālem dispōnem que calida est notabiliter: ut supꝝ probatū est. etiam q: remissa caliditas remittit intēsam caliditatem. igitur t̄c.

¶ Regimen sex rerum non naturalium queratur in illo consilio quod incipit. Ne mens mea.

¶ Capitulum de regimine per medicinalia.

Ro regimīe ꝯo cephalee huj⁹ viri. i4. mihi occurrūt instra obuiari debere necessaria. ¶ Et
p ꝓmū qdē est ut si ꝯtingeret ꝓpter uarietatē occupationū secl'ariū hūc virū eē remotū a pītia medicoꝝ saltē per duos ānos statim in fine mēsis februarij: aut in ꝑn⁹ martij faciat sibi fieri purgatiōez ulem p hūc modū.

¶ Primo quidē distāter a passumpta cena per nouez horas in aurora accipiat istas pillulas. ℞. pillularū aurearū t cochiarū aū. ℈. ij. ℈. formenī pillule cū succo roſ. t dormiat post eas t̄c. ¶ Die ꝯo imediate sequenti per horā vnā t mediā post ortum solis flebotometur sibi basilica sub cubito dextri brachij inuēta per quā educant sanguinis. ℥. v. ¶ Tertia ꝯo die imediate sequēte hora pillularuz ꝓcedentiū accipiat hunc potū. ℞. aquaruz cicoree: scariole t eupatorij. aū. ℥. i. misce t calide accipiant cōtinuādo eas per sex uel septē dies usquequo in fundo urinalis apparebit ypostasis alba cōiuncta eḡlis diafana. t figure piramidalis. Aliter nō dimittat pot⁹ nisi apparente aqua cuz maiori pte ꝙditionū ꝑdictarū. ¶ Cuz ḡ ita fuerit tunc iterū purgēt cū istis pillulis. ℞. pillularuz cochiarū. ʒ. i. pillularū aurearū. ℈. i. formenī pillule. vij. cū succo rosarum t accipiant ut predicte obseruatis t̄c.

¶ Scōm ꝯo ꝓncipale remediū ab hoc viro obseruādum est hoc. ℞. aloes abluti. ℥. ʒ. pulpe collogntide. ʒ. ʒ. bdelij mollis t subalbidi. ℈. i. formenī pillule cuz succo rosarū de qb⁹ omni tertia die accipiat vna tēpore quo assumit digestiuū ꝑdictū. ꝑter q nō accipiat ipam die imediate sequēte purgationē ultimo factā. ¶ Et nota q istis pillulis etiā uti poterit p totā vitā suā accipiēdo de eis vnā uel duas imediate añ cenā ꝑm maiorē t minorē uētris stipticitatē. Et si ꝯtingeret uentrē eius nō esse multū stipticuz t maiorē in capite percipi grauitatē: tunc accipiat de istis pillulis vnā uel duas post cenā per horā cum dimidia t spero q multū felicitabit cura per eas.

¶ Tertiuz instrm ꝓncipale qđ est necessariū est q iste vir iterū in mēse septēbris aut in ꝓncipio octobris purgēt p hūc modū. ¶ Primo nāqz vno mane in aurora in hora purgatiōis ueris accipiat hoc. ℞. cassie nup de canna ꝓparate cū aqua cicoree. ʒ. vij. reubarbari electi. ℈. ij. spice nardi. ℊ. v. salis gēme. ℊ. i. misce t totuz accipiat cum medio cyato aque decoctiōis calide seminū endeci melonū ꝯtroꝝ. ¶ Die ꝯo imediate sequēti hora preassignata accipiat hunc potū. ℞. syrupi rosaꝝ syrupi de endiuia. aū. ʒ. vj. aque absinthy t cicoree. aū. ℥. i. ℥. t ipsuz accipiat hora ꝑdicta calidū totiēs q i urina videat ypostasis circūstantijs supradictis mēsurata. ¶ Tunc ergo die imediate sequēti purgēt cū hoc. ℞. pillularū aurearū. ʒ. i. pillularū cochiarū. ℈. i. formenī pillule. vij. uel. viij. cū succo roſ. t accipiat hora t ꝙditionib⁹ obseruādis que supra dicta sunt t̄c. ¶ Et attēde q in purgatione autūnali nō feci mentionē de flebotomia: aut q: fortassis uernalis flebotomia excusauit ab ista: aut q: estiuo tēpore nō ita multiplicat sanguis: sed māe acute farmaco educēde cōuenīēt⁹ sunt ꝓscripto. aut q: autūnus inimicat sanguini ꝑm ꝯtrarietatē cōplexionis eius: si tū in hoc tpe ꝓcipenī signa repletionis t exuberātie sanguinis circa supiores ptes: tūc laudarē: q ita in autūno post minoratiuū passignatū die imediate seqnti applicaret flebotomia cephalice in pte supiori cubiti inuēte: aut iter pollicē t indicez: per quā educerenī sanguis. ℥. iiij. ad plus. Amplio: eni sanguinis q̄ztitas educi pōt a basilica t nigra uenis q̄z a cephalica ut notū est intelligēti causas. ¶ Et nota q in istis purgatiōib⁹ ueris t autūni sustētat ꝓncipiū eradicationis suarū egritudinū t ꝓseruatiōis corꝓis a nocumētis epatis t stomaci. t adhuc ꝓseruatiōis sanitatis h⁹ viri.

¶ Quartum ꝓncipale instrm est ut iter assignatas purgationes hic vir utat hoc electuario accipiendo de eo oi septimana ter uel saltē bis quātitatē. ℥. ʒ. deglutiēdo ipsuz mane añ prādiū per horas. 4. ¶ Cui⁹ descriptio est hec. ℞. seminū quatuor cōium frigidoꝝ. aū. ʒ. ij. seminū endiuie acetose scariole. aū. ʒ. i. adiāti politrici cetrac capillorū ue. bedeguar. aū. ℈. ij. spodij rasure eboris. aū. ℈. iij roſ. sandaloꝝ amboꝝ corallorum amborū. aū. ʒ. ʒ. croci ℈. i. cinamomi electi ligritie. aū. ℈. v. macis. ℈. iij. phyſticoꝝ mūdatoꝝ. ℥. ij. zuccari secūde coctionis. ℥. iij. oximellis cōpositi. ℥. iij. infundanī per diem nālem phystici in aquā scariole: deinde coquanī zuccaruz simul t oximel in qbus incoꝛporenī phystici ultimata ꝯtritione cōtriti: t tandem uehemēti cōtritione t longa addātur alie species. t fiat electuariū reseruandū in uase vitreato stricti orificij. hoc enim medicamē magnū iuuamētū facit in vigorando digestiuam stomaci t epatis: t aperit oppilationes eorum diuertendo motuz colere ad superiora t precipitando ipsam cum flegmatibus per vias urine t uentris: t tu considera ex virtute componentium.

¶ Quintum ꝓncipale instrm est hoc. ℞. cōserue citonioꝝ zuccarine. ℥. ij. spodij t corralloꝝ ru. in athomales resolutiones reductorū. aū. ℈. ij. tacinti smaragdi saphiri. ana. ℈. ʒ. seminis acetose pulueris sumach. ana. ℈. ij. zuccari candi. ℥. i. dissoluat zuccarū cum syrupo de mētha t ulti mate ꝯterendo incoꝛporet diacitonitem cuz alijs spēb⁹

Et est. con 197

fiant ergo formule in rotulis.ʒ.iij.uel.iiij.de quibus accipiat semper in fine prandij ⁊ cene vnam bibendo uel abstinendo post ipsam suo libito.

¶ Sextū ꝯo instrm̄ ꝑncipale est hoc.℞.floꝝ nenufarum ʒ.ij.rosarū violarū semis endiuie acetose ⁊ portulace aā ʒ.i.macis.ʒ.i.ʒ.cāphore.ℨ.i.ligni aloes.ℨ.ij.terant oia subtilissime per se.deide ligent in sindone retorta bñ tē sa ⁊ sepe odoretur hic puluis. ꝙfortat enim cerebrū ab eo repellēdo impssiões colericas ⁊ alioꝝ calidoꝝ humoꝝ. Et si desideraret rē hāc solidiorē efficē:tūc accipiant re fine electe ⁊ laudani purissimi.aā.ℊ.v.⁊ dissoluta iuicez uel per se incorpent cuꝝ aqua roſ.muscata ⁊ modico acēti cuꝝ ꝑdictis speciebꝰ:⁊ fiat pomū qꝺ odoret ut prius.

¶ Septimū ꝑncipale instrm̄ est hoc.℞.aque decoctiõis foliorꝝ blete.violarū.mercurialis.⁊ furfuris.aā.simul coctorū lb̄.i.zuccari ru.cassiefistule benedicte ȳere simplicis.aā.ʒ.ij.olei violaruꝝ.ℨ.iiij.in diebꝰ caloris:⁊ olei oliuarū.ℨ.iiij.in diebꝰ frigoris salis cōmunis.ℨ.ſ.misce totuꝝ simul ⁊ fiat ex eo clistere per horā vnā cum dimidia ante cenā. Et nota qꝺ huius clisteris usus debet fieri post purgationem ueris per totum mensem madij omni septimana semel:⁊ post purgationem autūni per totū mēsem octobris.iterum omni septimana semel.

¶ Octauū instrm̄ est ut post purgationē ueris usqꝝ ad autūnum omni mēse bis diebꝰ intermedijs assūptiõi clisteris per vnā uel duas horas ante cenā abluat pedes a planta usqꝝ ad inguina cuꝝ aqua calida huiꝰ decoctiõis. ℞.foliorꝝ salicis vitis violarū roſ.camomille ⁊ foliorꝝ populi.aā.ℳ.i.coquant in aqua quousqꝝ fiat bñ viridis. ¶ Post purgationē ꝯo autūni saltem in mēse semel prędictā faciat ablutionez cum aqua decoctionis foliorꝝ lauri maiorane salvie rosmarini ⁊ similium calidorum.

¶ Nonuꝝ ꝯo instrm̄ est hoc.℞.macis.ʒ.i.ſ.sandarace.ℨ ij.ligni aloes spodij.aā.ℨ.i.masticis.ʒ.ſ.puluerizentur oia per se.deinde cōmisceant ⁊ caluaria capitis cum setula diligenter pectinata in sero cuꝝ uadit ad lectuꝝ cum hoc puluere ad quātitatē quinque granoꝝ frumenti aspgatur inter capillos saltē in septimana bis cuꝝ setula deponēdo ꝑmuꝝ puluerem qñ vult ponere secundum.

¶ Decimum ꝯo instrumentū est hoc qꝺ iste vir sepe ante prandiū uel cenā saltem bis in septimana comedat vnā radicem petroselini recentis longitudine digiti medij cum dimidio minutissime masticando eam:⁊ hoc saltez per mediam horam ante prandium ⁊ cenam.

¶ Undecimū instrm̄ ꝑncipale est ut iste vir sepe ante prādium uel cenā saltē bis in septimana assuescat masticare quātitatē grani ciceris rubei de electo agarico nihil deglutiendo de eo:⁊ est mirabile ingenium in attrahendo flegma aquosum mucillaginosum vitreū ⁊ salsuꝝ ⁊ superfluitates etiā colericas a capite eradicādo cephaleas antiquas:si nō timeꝰ eiꝰ amaritudo nihil deglutiēdo de eo uel de humiditate inuenta in ore. ⁊ adhuc si deglutireꝰ non esset eius nocumentum de quo curandum.

¶ Duodecimū instrm̄ est hoc ut diebꝰ intermedijs puluerizationi capitis assuescat hora intrandi lectum deglutire vnuꝝ uel duo grana masticis electi ⁊ clari. ꝙfortat enim stomacum reprimit fumositates ⁊ aperit urine vias.

¶ Tertiūdecimū instrm̄ ꝑncipale est hoc ut iste vir ꝙtuꝝ pōt caueat a decubitu resupino. ⁊ saltez in septimana semel uel bis totam spinam inungi faciat ex oleo nardino ⁊ citoniorum equaliter mixtis leuiter calidis ⁊ superponat pannum siccum non ualde calidum.

¶ Ultimū ꝯo instrm̄ ꝑncipale est lb̄.℞.oximellis squillitici.ʒ.i.aque maiorane aque lauri.aā.ʒ.i.ſ.misce ⁊ ex lb̄ actu calido saltē oi mēse ter colluat os suū.⁊ gargarisma etiā cuꝝ eo faciat.⁊ ꝑprie qñ ꝑciperet sibilluꝝ uel tinnitū in auribꝰ grauitatē in palato ⁊ oppilationē in supiori pte nasi.tollent hec oia facile per ablutionem ⁊ gargarisma auxilio illius qui sanat ⁊c. Ad laudem dei Amen.

Consilium.II.

¶ De dolore capitis a colera vitellina per colligantiā epatis ⁊ renum causato.

Honorabilis vir Antonius de sancto Joā/
h ne laborat dolore capitis a mā colerica per modū euaporationis ad caput delata:⁊ ꝓprie per colligantiā epatis ⁊ renum ad ipm caput:que mā colerica ꝑprie vitellina est.⁊ nō facit hūc dolorē solū in capite suo per modum euaporationis: sed per modum subalis delationis eius ad caput per chilim ascendentē a gibbo epatis:qꝝ epar eius notabiliꝝ calidū est. Ideo hic doloꝝ diuturnus est.⁊ cum etiam ꝑm cōplexionem suam uergat in adustum non est mirabile si doloꝝ capitis eius cum acuitate notabili ledit eum.

Pro regimine igit ipsius ly multa dicēda ⁊ declaranda essent.septez tamen modis videtur mihi sibi consulendum esse.

¶ Primus modus est ut in cibarijs suis euitet calida ⁊ sicca ⁊ acuta euaporabilia oppilantia caput ⁊ uentosabilia in ipsoꝝ:uelut sunt vnctuosa brodialia salsa oia multe salsedinis ⁊ acuta.uelut alleum cepe porꝝ sinapis oliue condite raphanus:⁊ similia istis. Et effugiat usuꝝ vinorum ualde potentium:⁊ adhereat usui vini magis ad debilitatem qꝫ ad fumositatem tendentis.

¶ Secꝺs ꝯo modus est utaī istis faciētibus lubricum uentrem suū:⁊ distrahētibus materias ne repant ad caput. ℞.aloes abluti cum succo endiuie.ʒ.i.reubarbari electi reupontici aā.ʒ.iij.diagridij.ℨ.i.violarum spice mastichis:rosarum se.endiuie aā.ʒ.viij.salis indi.ℨ.ſ.cuꝝ succo roſ.fiant pillule de omni.ʒ.vj.

¶ Tertius modus est ut iste vir in tpe caloris saltē tribꝰ vicibꝰ in septimana lauet se ab inguinibꝰ usqꝝ ad pedes.cū aq̄ decoctiõis violaꝝ solatri rosarū foliorū salicis in vna situla aque ponēdo de ꝑdictis herbis plenas manꝰ ⁊ bñ coquēdo.⁊ sit hora ablutiõis vna aā cenā:⁊ sit aq̄ calida.

¶ Quartꝰ modus est ut iste vir assuescat frequēter facere sibi fricatiões cuꝝ pāno aspero incipiēdo a ꝑncipio spatularum apud collū trahēdo inferius usqꝝ ad finē natium.

¶ Quintꝰ modus est ut ipe assuescat sepe pectinare caput suū cū setula ⁊ fricare ipm cū pānis mane ieiuno stōaco.

¶ Similiter etiam intelligi põt q; uapoꝝ materialiter ad hanc egritudinem conficiendam cõcurrat per preſentiã iectigationis in ſuperficie cutis comprehenſe.

¶ Et ultimo facile intelligi põt iuuamẽtum ſequi ex potu pillularum de mirabolanis: educunt enim materiã miноratiue ꝛ ſua ſtipticitate uaporationem prohibent.

Accidentium aũt que ſibi eueniũt reddere cauſam nõ eſt difficile. cũ eni materia multiplicatur in capite cõmunicatur in ꝓfundũ eius a frigiditate cõtinentis parte ſuperioris eius expulſa ad oculum lachrymas accidere contingit.

¶ Cum ꝫo nonnulla eius pars pellitur ad maxillam prohibetur maſticatio conueniens.

¶ Ex parte ꝫo materiei que confert ad dentes nocumenta in eis contingere eſt neceſſe.

¶ Palam igitur replicando diſpoſitionem videri poteſt q; diſpoſitio huius nobilis eſt ſoda. i. leſio uel offenſio i membris capitis: ut in cerebꝛo in pãniculis interioribꝰ ꝛ in exteriori: ꝛ cuti capitis: ꝛ eſt egritudo per eſſentiam magis in predictis partibus. lz non leuiter per colligantiam ſtomaci ad caput talis diſpoſitio foueatur ꝛ intẽdatur ut ſupra premiſſum eſt.

¶ Et ex hoc ultimo colligẽdum eſt. q; cura huius diſpoſitionis compleri debet ex conuenienti regimine per ſex res non naturales ꝛ per conuenientem medicinaruz exhibitionem ut deinceps ſequitur.

Sectio ſecũda ponit regimen huius diſpoſitionis per conuenientem adminiſtrationem ſexrerum non naturalium ꝛ continet capitula ſex.

¶ De regimine huius diſpoſitionis per aerem. Caꝑ. i.

i Eſt habitatio eiꝰ ꝓuerſatio ꝛ mora eſſe debet in climate regione ciuitate loco ꝛ camera ad caliditatẽ mediocrez: imo etiã parũper a mediocri caliditate ad intẽſam eleuatis. Siccitas ꝫo in oibus his debet eẽ caliditate intẽſioꝝ. ꝓpter qð ꝓuerſatio in ſtuffis ſiccis ꝛ ſilibus. Loca humida loca terranea humida frigida ꝛ uẽtoſa ſummope euitãdo. iuxta quoꝝ regimẽ etiam caput: ꝛ ꝓprie poſt euacuationẽ ꝓueniẽter calidũ cõ ſeruari debet tecturas eius habẽdo ſuffultas pellibus ꝛ doſſibus varioꝝ aut de pellibus agninis ꝛ ſimilibus.

¶ De regimine ipſius per motum ꝛ quietem. Caꝑ. ii.

d Et motu aũt dicẽdũ: q; motus ut nũc ꝛ exercitia nõ ſunt eidẽ ꝓueniẽtia: ꝛ ꝓprie q; aſſumit nocumentũ ex eis: ergo geſcere melius eſt ei donec mãe eius egritudinis cõueniẽter digerant ꝛ euacuent. tũc enim exercitiũ ſibi ꝓuenientiſſimum eſſet ad excitandum caliditatem innatam: ꝛ prohibẽdum materierum multiplicationem ꝛ ad conſumendum ꝛ diuertendũ uapores qui quotidie ad caput effunduntur.

¶ De regimine ipſius per ſomnũ ꝛ vigiliam. Caꝑ. iii.

d Dormitio mediocris in quãtitate ꝓueniens eſt ei cũ ipſa vigoret virtute aialẽ ꝛ ſpũs eidẽ ſeruientes: ꝛ faciat ad bonã digeſtionẽ materierum que in capite repiunt ꝛ in mẽbris inferioribꝰ. Lõga aũt dormitio ut excedẽs mẽſurã ſeptẽ uel ſex horarũ non videf mihi eidẽ eẽ ꝓueniẽs niſi ad oppoſitum ꝓmoueret me ꝫſuetudo: quã etiã corrigere uellẽ interpolatis ſubtractionibus dormitionis lõge. Lõga eniz dormitio materias in capite multiplicat ꝓp attractionẽ earũ ad ipſum que fit ex reuocatiõe ꝛ vnione caloris tpe dormitionis. Reliquo aũt tpe ꝓter mẽſurã dictã vigilare meliꝰ eſt ei.

¶ Debet autem dormitio eius ſemper fieri capite notabiliter eleuato: ꝛ inchoari ſuper dextro latere ꝓmoꝝ qua fiat permutatio ad ſiniſtrum poſt ſomnum primum. ꝛ ab eo iterum ſuper dextrum latus reuolutio fiat.

¶ Reſupinus aũt decubitus omnino non cõuenit. decubitus autem ſup uentre anteriori factus conueniẽs eſſet ei. ꝛ ꝓprie quando ſtomaci leſionem in appetendo digerendo ꝛ uentoſitates multiplicando percipit.

¶ De regimine eiꝰ per inanitionẽ ꝛ repletionẽ. Caꝑ. iii.

c Iboꝝ ꝛ potuũ quãtũcũq; laudabiliũ quãto magis ꝛrarioꝝ multam quãtitatẽ oino euitare debet. palã eſt q; nãlẽ caliditatẽ ſtomaci ſuffocando minorãt ꝛ extinguũt. Dẽſura igit ciboꝝ ꝛ potuũ canonica eſt que efficit in ſtomaco grauitatẽ uel extẽſionẽ faſtidiũ nauſeã abhominationẽ uel ſitia ſicut potꝰ menſura ꝓueniens eſt que in ſtomaco non natat fluctuat: uel eſt cauſa rugituum. tertia primi. de regimine per cibum ꝛ potum. Neq; etiam tẽpore quo uerus ꝛ non mendoſus inſurgit appetitus a cibi aſſumptione deſiſtendũ eſt. Tolerare enim famẽ ſtomacũ putridis replet humoribus ubi ſupra: ſiue ſit eo q; tpe famis intenſioꝝ facta caliditas humores aliũde nociuos attrahat: aut illos qui in ſtomaco inueniuntur extraneet ꝛ corrumpat.

¶ De regimine eius per accidentia anime. Caꝑ. v.

a Time etiã accidẽtia ſapiẽter moderari oportet lz enim aduẽtu melancolie ut in curſu in ipſam aut in irã uel indignationẽ cõprehẽdat aliquando iuuamẽtũ ſequi ut retulit. hoc tñ fieri nõ videf fore rationale: niſi q; tẽpore haruz paſſionũ ebullitione quadã in humoribus facta fiat uapoꝝ conſumptio uel diminutio: uel ꝓhibitio aſcenſionis eorum ad caput. maius tamen nocumentum ex talibus paſſionibus rõnabiliter ſequi decet ꝓpter ebullitionem ad quam ſequit euaporatio: ꝛ extraneatio humoꝝ q̃z pp ꝫſumptionẽ ipſorum.

¶ In ſumma igit ſiqua ſũt alie accitia: per que fiat ſpũz motus de circũferẽtia ad centrũ que nõ ualde repente ꝛ

fortiter ꝑñt fieri talia iuuamẽtũ afferũt ut ꝓdictũ est: sed lõge melius est niti uel instare aie passionibus letificãtibus ꝙsolãtibus ꝛ aliter animam letãtibus q̃z oppositis.

¶ De regimine per cibos ꝛ potus. Cap. vj.

Ost hec aũt in administratione ciboꝝ ꝛ potuũ amplius speculãdũ est qui q̃les q̃liter ꝛ qñ cõueniũt. si diligẽter inspiciat fundamẽtũ in capitulo ꝓmo stabilitũ videbit cõsideãti qꝫ oportet cibos ꝛ potus esse mediocriter calidos amplius aũt exiccatiuos apitiuos materierũ ad inferiora deriuatiuos. Similiter etiam per opationẽ uel virtutes tertiã uel q̃rtã stomacuꝫ ꝛ caput respicere debẽt tales cibi ꝛ potus oẽs. ¶ Jgit utatur pane purissimo ꝙueniẽter cocto: ꝛ ꝑñte fermẽti quãtitate ampliorẽ q̃z cois panis. Et sigdẽ qñqꝫ pcepta fortitudine stomaci accipetur panis opirus. i. parum furfuraceus ꝙueniens esset. ¶ Panem autem azimuꝫ antiquũ humiduꝫ exustum aut non bene coctum omnino vitet.

¶ Carnibus aũt utaf pullinis: vitulinis: castratinis iuuenibus ꝛ nõ antiqs ꝛ mediocriter pinguib^{9}. ¶ Utaf etiam carnibus siluestriũ aialiũ: ut lepoꝝ: apri: ꝛ silium. oium enim aialiũ carnes suũ victũ lõgo labore uenãtũ siue de peditãtib^{9}: aut uolatilib^{9} sint: oino ꝙueniũt. ¶ De his ꝓo que elegãtiora sunt alijs sunt sicut carnes cazelli i. caprioli uel domestici caprei. ¶ Ex uolatilib^{9} carnes fasianoꝝ: pdicũ meruloꝝ ꝛ minutarũ autũ aliarũ q̃s consuetudo hẽre victui ꝓdonauit humano ꝛ ꝑpe carnes colũboꝝ paruoꝝ domesticoꝝ uel siluestrũ q̃ meliores sũt.

¶ Piscium ꝛ oium aialiũ in aqua degentium euitãdus est usus indicãdo a mãli causa egritudinis etiã a posteriori q: nocumẽtum pcipit ex usu eoꝝ. ¶ Si tamẽ qñqꝫ opportunũ esset uti eis cõplacẽta nobilium aut ex ꝓcepto legis nr̃e: sit piscium uel similiũ usus assatorum magis q̃z elixoꝝ: qui cum aliqbus aromatibus mediocriter cõdiantur cum seminibus uel foliis uel pulueribus plãtarum stomacalium: uel capitaliuꝫ: ut menthe: feniculi: petroselini: maiorane: betonice: saluie uel siliuꝫ. ¶ Sint autem pisces omnes solidarum carnium ꝛ non molliuꝫ neqꝫ sint antiqui: uel etate parua degentes: sed mediocres inter primam ꝛ secundam etates dictas.

¶ De meliorib^{9} aũt sunt toꝛrẽtine: orate: menule: rũbi: de maritimis. Lucij aut sibi similes de fluuijs uel lacunis.

¶ Olera aũt incõueniẽtia eidem sunt oia frigida ꝛ humida: ut lactuca: endiuia: spinachia: portulaca: citruli: cucumeres: cucurbite: ꝛ peponũ usus ꝛ oium alioꝝ fructuuꝫ mãliter ꝛ effective sanguinẽ aquosum generãtiũ vitari debet. Qz enim iuuamẽtũ aliqd̃ ꝓcipiat ex talium oleruꝫ uel fructuũ usu: eo q: uẽtrẽ eius emolliũt ꝛ lubricãt. Fortius tñ nocẽt ei mãs frigidas multiplicando: ꝛ uapores multos effundẽdo ad caput: ꝛ ꝑprie in fructibus hoc attẽdi debet. Nihil enim eque uaporosum est sicut fruct^{9}. 5^{a} tertij. cap'lo de catarro colligẽdũ. ¶ De oleribus aũt illa que ꝙueniũt sunt sicut tacta dũ de piscibus eẽt ꝓmo: ꝛ alie etiã silues ꝛc̃. ¶ Rape uel borago que multũ uẽtose sunt: nõ sunt ei ꝙueniẽtia. ¶ Caulibus aũt aliquando uti potest ꝛ aljs ferculis herbas recipientibus.

¶ Legumina etiã oia dimittẽ debet ꝑpter eoꝝ uaporatiõnẽ: qz brodijs eoꝝ aliqñ uti possit. ¶ De his aũt meliora sunt sicut cicera rubea cõfracta rtzũ: far: ꝛ pãicũ: ꝛ silia.

¶ Etiã pastiles cibos euitari oportet: ꝛ maxie recẽtes. Uti ꝓo minutellis ꝛ silib^{9} cibis pastilib^{9} solerti idustria cum fermẽto laboratis ꝛ exiccatis saltẽ uti põt q̃les sũt hi q̃ a regiõe siculoꝝ ad nos apportant. Reliq aũt dimittant.

¶ De saporibus autẽ uti potestis aceto: ꝛ agresta: ꝛ succo arancioꝝ: raro tñ. limonum autem succus ꝛ substãtia mihi placẽt magis ꝑpter exiccationem ꝛ aptionem quam habẽt. Placet etiam mihi: ꝛ ꝑprie post mũdificationem sinapismi mediocris usus. Oliue etiam mihi placẽt. Rape aũt ꝙdite etiam ꝙueniẽtes sunt: ꝛ maxime argumento sumpto a condimento earum. Coztex aũt arãcij etiaꝫ conuenit. Cucurbita ꝓo confecta etiam dimittenda est.

¶ Cibaria lacticinia omnia omnino fugiat. Case^{9} ꝓo mediocriter exiccatus ꝛ mediocriter antiquus ꝙueniẽs est ei: ꝛ ꝓprie post cibum etiam in condimentis assumpt^{9} ꝛ si declinauerit ad aliqualem salsedinem melior erit q̃z si fuerit dulcis: uel salsedine ꝑiuatus.

¶ De cõfectionibus sunt sicut ꝙfectio de fisticis siue pineis eo q: grana pini nocẽt stomaco. tertia tertij. cap'lo de iuuãtibus ꝛ nocẽtibus eidem. ¶ Etiaꝫ auellane cõdite placẽt mihi: ꝛ cõfectio de anisо ꝛ cinamomo ꝛ cuꝫ. ℥℥. ꝛ galãga: ꝛ tragea grossa ꝛ impialis ꝙueniũt ei. ¶ Coriãdri ꝓo ꝙfecti usus non placet ꝑpter frigiditatem eius ꝛ ꝑpter nocumẽtum qd̃ infert stupefaciẽdo nisi bene corrigat: ꝛ difficile est ipsum bene corrigi ab apothecarijs.

¶ Xilobalsamum ꝓo ꝙditum. ℥℥. ꝛ similia mihi bene placẽt: ꝛ ꝑprie mirabolanoꝝ usuꝫ in mane laudarem accipiẽdo vnum tñ dãdo cibũ post ipm per q̃nque horas.

¶ De potu aũt aque usus multus euitari debet. ꝛ si ꝙsuetudo lõga duceret ad oppositũ melius eẽt aquã eẽ ꝓcoctaꝫ ꝛ paulatine quãtitatẽ eius minorari. Neqꝫ enim aliquis ꝙuenit ei potus qui infrigidãdo ꝛ humectãdo rugitus ꝛ uẽtositates generãdo nocet stomaco. ¶ Jgit potꝰ eius sit vinũ colore albũ: uel aureũ: siue cereseleũ non ualde nigrum subtãtia subtile potentia mediocriter sapore leuiter dulce: non ponticum uel acre. ¶ Quantitas autẽ aque cõmiscende sibi sit quarta aut tertia pars ꝑm regimen a discreta cognitione prouenies ꝛc̃.

Sectio tertia de regimine huiꝰ ſcde p medicinalia ꝙtinens cap'lm vnũ in q̃ diuersa ponũtur istra medicinalia pro cura huiꝰ dispõnis necessaria.

De regimine ꝓo eorũ que per medicinas fieri
d oportet videf mihi sic ꝓcedendũ eẽ. Primo q̃
omni uere ꝛ autũno ꝙueniẽter purgef euacuatione vniuersali. caput tñ ꝛ stomacũ magis respiciente. Et modus purgationis uernalis talis eẽ debet.

¶ Mdẽse aplis uel martij hora a sexta diei usqꝫ ad vigesimãtertiã nouilunaris accipiat hoc mioratiuũ. ℞. agarici electi. ʒ. ij. ℥℥. ℈. j. aque saluie: aque menthe. aã. ℥. ij. reu barbari electi. ʒ. ſ. spice nardi. ℊ. vj. infundant oĩa simul per vnã diẽ nãlem. deinde caleſiat in aurora ꝛ quenienter exꝑmaf ꝛ colef: ꝛ colatura illa incorporef cũ. ʒ. vj. ȳere Gali. descripte 7^{o} terapẽtice. cap'lo de cura plenitudinis mãlis stomaci. ꝛ tardet cibũ post assumptionẽ huius per sex horas ꝑmittẽdo post q̃ntam horam assumptionẽ vnius cyathi brody macri de pullo cum zuccaro caleſacti tpe hyemis aut debilitatis pcepte. Tpe ꝓo estatis ꝛ fortitudinis stomaci loco eius accipiat aqua ordei cum zuccaro tãtũdem: ꝛ similiter tardetur cibus quinque horis. Continuetur ipsum octo diebus continuis.

¶ Jtem tpe quo assumit digestiuum si esset clipticus uenter accipiat parum ante cenã vnam pillulã aleſanginam descriptione Mdesue: aut loco eius accipiat clistere hoc. ℞. decoctionis malue: blete ꝛ mercurialis. lb̃. j. ſ. olei cõmunis. ʒ. iij. salis. ʒ. ſ. zuccari rubei: cassieſistule. ana. ʒ. v. ȳere simplicis. ʒ. ij. Et si uellet uti hoc clisteri tpe caloris loco olei ponenduꝫ est olei viol'. ʒ. iij. ꝛ loco ȳere. ʒ. ſ. electuarij de psilio uel alterius sibi similis.

¶ Acceptãdi itaq̃z digestiui descriptio est talis. ℞. mellis rosati. ʒ. j. ſyrupi de calamẽto. ʒ. ſ. aque absinthij. ʒ. j. ſ. aque betonice: saluie. aã. ʒ. j. misce ꝛ calidũ totũ accipiat

¶ Sumpto itaq̃z digestiuo immediate ꝓdicto euacuetur materia cũ istis pillulis. ℞. pillularũ de ȳera maiori. ℈. ij. pillularum cochiarum. ℈. j. reformentur pillule. vj. cũ aqua uel ſyrupo de ysopo ꝛ detur in aurora obseruãdo post eas omnia que in assumptiõe minoratiui supꝛascripti obseruari debere supꝛascripta sunt.

Euacuatio ꝓo tempore autũni fiẽda poterit esse talis. ℞. ſyrupi acetosi cõpositi. ʒ. j. ſyrupi de sticados. ʒ. ſ. aque violarum betonice:

absinthij.aii.ʒ.j.misce ⁊ accipiat caliduz ⁊ obseuent post ipm ea que sup alio syrupo scripta sunt obseuari debere

¶ Uerum si tpe autūni pcipet plenitudinem stomaci capitis:aut utriusqz simul uel totū:bonū eēt ante digestiuum pdictū pmittere minoratiuum tale.℞.electuarij diafinicon.ʒ.j.electuarij indi.ʒ.ʃ.accipiatur cum aqua salute calefacta obseruatis his que tacta sunt in alio.

¶ Et si uelis minoratiuū leuius accipe. Accipe.ℑ.ij.pillularum de yera composita cum.ℑ.ʃ.pillularū aureaz.

¶ Accepto itaqz digestiuo pdicto:accipiat hoc pūs eradicatiuū materierū.℞.pillularū de yera cōposita.ℑ.ij.auari pōderis.reforment pillule cū syru.de sticados.⁊ post eas obseruent oīa que in primo minoratiuo scripta sūt.

Celebratis itaqz his euacuationibus temporaneis procedat cum his.

¶ Et primo utaf cōfectione hac accipiēdo de ipsa.ʒ.ʃ.parum ante cenam in septimana.℞.specierū diamusci dulcis:specierum dyambre aii.ʒ.j.specierū triasandalorum ℑ.j.zuc.albi.ʒ.v.fiat pfectio solida cum aqua menthe.

¶ Itē utaf hoc puluere quo bis saltē in septimana puluerizet locum bregmatis quādo uadit ad lectum ponendo de eo quātū eēnt qtuor grana frumēti.℞.ligni aloes.ʒ.j ambre grana.v.storacis calamite:sādarace:rosarū laudani.aii.ʒ.ʃ.florum rorismarini.ℑ.ij.fiat puluis subtilis.

¶ Item sepe odoret hunc puluerem quem in sindone ligatum habeat.℞.granorum kesmes ⁊ sunt grana tinctorum.ʒ.j.ʃ.maiorane sicce rosarum aii.ʒ.ij.ligni aloes:folij storacis calamite aii.ʒ.ʃ.fiat puluis subtilis.

¶ Item si abluit caput qō debet esse raro:fiat lixiuiz eius ex aqua in qua prius bullita fuerint ista ante positiōem cineris.℞.assari:calami aromatici:ligni aloes:maiorane aii.ʒ.ʃ.⁊ semper fiat eius ablutio cum sapone aromatico ⁊ exiccetur condecenter caput eius.

¶ Itē ad cōfortationē capitis ⁊ stomaci utaf sepe electuario de ligno aloes descripto ab Auic[a] 5° canone.sūma p[a].⁊ accipiat ex eo i aurora.ʒ.ʃ.absqz potu ⁊ cibo p tres horas

¶ Et ad hāc intentionem etiam optimus esset usus.ʒ.j.optimi metridati ⁊ confectionis de tribus piperibus.

¶ Mirabilis autem descriptio ⁊ muluz laudata ponitur in libello ad Omontheuz ⁊ est confectio de tribus piperibus descriptione tertia:quam vide ibi.

¶ Fricationes etiam ⁊ ligature inferioruz partium ⁊ brachiorum stricture interiecte frequenter conueniunt.

¶ Similiter ⁊ ablutiones extremitatum inferioruz facte cum frondibus salutie:betonice:rorismarini:calamenti:pulegij ⁊ similium conuenientes sunt.

¶ Adhuc etiā si aliqs caputpurgiū fecerit trahēdo aquam maiorane in qua prius decoctū fuerit de ligno aloes calefactam per nares eius hora uesperaz eēt ei utile aligd.

¶ Fomētatio bona pro maxilla ⁊ auribus suis fiēda tpe quo reuma descēdit ad ptes illas est.℞.calamenti pulegij:sticados:arabici:betōice:ysopi:semis anetti:ameos.aii.℥.j.cimini.℥.ij.camomille.℥.iij.ꝙuassent oīa ⁊ calefiāt i tegula leui igne ⁊ ipleant sacculi ei[s] ⁊ supiaceat ipis

¶ Compositum bonum pro reumate ad oculos ⁊ lachrymas eorum.℞.sief de olibano.ʒ.ij.ligni aloes:rosarum aii.ℑ.j.aque celidonie:aque berbene:ruthe.aii.ʒ.ʃ.fiat collirium:de quo in oculum eius utrūqz ponatur gutta vna uel due ter uel quater in die.

¶ Pro reumate yo ad dentes eius fluēte fiat hec decoctio que reuma,phibebit ⁊ collectū resoluit ⁊ dentes ꝙfirmat ℞.corticis radicis capparoz corticis radicū mori balaustiaz.aii.ʒ.j.ʒʒ.calami aromatici paucedani:piretri.aii.ʒ.j.seminis iusqami al.corticis mādragore aii.ℑ.j.florū rorismarini.ℑ.iij.coqntur oīa in vino mediocri rubeo stiptico usqz ad ꝙsumptionē medietatis. Et de hac decoctiōe calida sepe in ore teneat:⁊ collutio ex eo fiat:⁊ erit ei iuuamētū sublime ad pdicta. Hec sunt que mihi in dispositione hui[s] generosi viri meliora visa fuerūt que oī potēs altissim[s] ad sanitatem eius feliciter dirigat Amen.

Cōsiliū XX. De sex malis dispōnib[s] videlicet.

¶ De dolore grauatiuo capitis a mala complexione frigida ⁊ humida cum materia.

¶ De grauitate ⁊ tensione in musculis colli ⁊ spatularum ⁊ partium omnium adiacentium.

¶ De lassitudine ⁊ ipotētia ad motū oīum q̄si ptiū corpis.

¶ De dolore renum extensiuo ⁊ grauatiuo communicato quandoqz etiam anchis.

¶ De ieptitudine ad eē fecūdū.De cui[s] cura nihil loquit.

¶ De difficultate anhelitus quasi semper molestante pro pte tamen in ascendendo scalas ⁊ montes.

Spectabilis vir qdē de militari ⁊ celeberrima pgenie nobiliuz de Sab:ognano de pria aglegiēsi dūs Urbanus multis diuersis ⁊ grauibus molestaf egritudinibus ⁊ accidentibus:quorum quidem

¶ Primum est capitis grauitas:uel grauatiuus dolor totius capitis ⁊ maxime posterioris partis.

¶ Secundum yo accidens est grauitas ⁊ tēsio in musculis colli ⁊ spatularum omnium ⁊ adiacentium partium.

¶ Tertiū yo est lassitudo quedā uel ipotētia ad motuz oīum ptiū spatularū ⁊ spine usqz ad finē eius intātū q̄ cuz conaf exercitari peditādo postq̄z sedēs fuit notabili tpe: est ei difficile multum erigere seipsum ⁊ flecti ad differētias positionis in motu progressiuo necessarias.

¶ Quartū yo accidēs est renū extēsiuus dolor ⁊ grauatiuus qui quādoqz cōmunicatur etiam usqz ad anchas.

¶ Quintuz yo nocumentū est ineptitudo ad esse fecūdū etiam cum muliere prolifica:nedum q̄ cum sterili.

¶ Sextū yo accis ⁊ ultimū est difficultas anhelit[s] quasi semp aliquāte molestās ipm:dato q̄ nō raro hēat intensiones periodicas q̄bus magis ingēter molestaf:⁊ ppie in ambulādo:scalas uel mōtes ascēdendo:⁊ sic de alijs.

¶ Et ꝛ istis accūtib[s] nōnulla alia sint cōplicata accidētia uelut multitudo sputaminis:debilitas digōnis:multitudo uētositatū ꝙgregatarū in stomaco ⁊ toto uētre inferiori:hec tū tria ⁊ alia accūtia eūdē modū hūt theorie cognitionis ⁊ curationis eoz cum dependeāt fere oīa ab vna pmaria ⁊ radicali causa:ut inferius demonstrabit. Hec in summa videt esse huius generosi viri dispositio congregata ⁊ copulata accidentibus iam predictis.

Ut autem pdicte dispōnis aligd sciētifice hēri possit pmittēdū pmo q̄ cerebrū huius viri declinat a medio generali ⁊ specifico:idest cerebro per augmentum humiditatis excellenter ⁊ frigiditatis:quam credo in eo accidentaliter acquisitam esse.

¶ Et primum qdem horum ex multis declarari potest signis demonstratiuis. Et primum quidem est mollities uel lenitas cutis capitis colli ⁊ omnium partium faciei.

¶ Scōm yo est ex supfluitate humiditatū que generaf in cerebro eius ppter frigiditatē acqsitā etiā ex multarū humiditatū dūio ⁊ pūtia. ppterea q̄ ista duo inuicē reciproce se adiuuāt. Frigiditas enim maior q̄z debet reddit ipm humidius q̄z oportet.sicut ecōuerso humiditas maior q̄z debet reddit corpus frigidius q̄z oportet. 13[a] ter tij.capitulo de complexionibus. Apparet autem humiditatum augmentum ex abūdanti expulsione earū:per sputum:per nares ⁊ per oculos:ita ut etiam ualde facile ad lachrymandum promptus existat.

¶ Tertium signum principale deducitur augmentuz humiditatum propter ipsum ualde facile pati ⁊ permutari a caliginoso ⁊ pluuioso aere:propter facilitatem trālmutationis a genere proportionali.

¶ Et quarto hoc probari potest ex profunditate ⁊ longitudine somni ⁊ inclinatione ad ipsum.

¶ Et q̄nto iterū ex intētione ⁊ fractione uētositatū in capite suo:que multiplicaf inter ꝙcauum cranei ⁊ quexum

dure mr̃is.ſicut etiã inter ambos pãniculos ⁊ iter ꝓcau tatẽ eoꝝ ⁊ cõuexã cerebri partem:ita ꝙ etiam per uenas ⁊ arterias diſſeminatas in cerebꝛo:⁊ per rimoſitates ei^{9} multiplicanꝫ uẽtoſitates uſq; ad oꝛganũ audit^{9} ⁊ cãnt in eo coꝛruptionẽ opationũ ⁊ ſonitũ tinitũ ſibilũ ⁊ ſibi ſikia.

¶ Et ſexto ⁊ ultimo dñtũ multarũ humiditatũ in inferioꝛi pte capitis ⁊ lacuna ⁊ colatoꝛio que nõ facile põt eſſe cãe oppilationis aut clauſionis colatoꝛij. ꝓpter qõ nõ le ue incũbit ſibi ꝑiculũ apoplexie ⁊ aliarũ diſpõnũ ſibi ꝓximarũ. ¶ Plura alia potuiſſem adducere ſigna augmẽtuꝫ humiditatũ in ſuo cerebꝛo demõſtrãtia. ſed iſta ſufficiũt ſi bñ ꝓpẽdis:qñ aliq; ipſoꝝ ſumpta ſunt a ſbaliter inherẽ tibus alia ab operationibus. ⁊ nonnulla a caſibus.

Quod uero in viro iſto nã cerebri cõplo fuerit caꝛa ex plib^{9} deduci ꝑt ſignis.

¶ Primo q: bñ carnoſuꝫ eſt caput facies ⁊ oẽs ptes eius.

¶ Secundo q: bene colorate ſunt partes.

¶ Tertio q: effuſiões cũ ſua humiditate calide ſunt actu.

¶ Quarto q: ualde facile ſudant partes capitis.

¶ Quinto q: etiam tactu calide percipiuntur: lꝫ remiſſe.

¶ Sexto ex nobilitate in opinionib^{9} ⁊ opationib^{9} iteꝛioꝝ ſenſuũ. vñ ex iſtis ꝓbaret augmẽtũ caliditatis i cerebꝛo.

¶ Uerũ q: ſupius dixi ⁊ iterũ affirmo cõplexionẽ cerebri eius frigidã eẽ ſaltẽ ꝑmutatiue ꝓpter augmẽtũ humiditatum in eo. Ideo facile poſſunt ſolui motiua iam dicta.

¶ Dicẽdo ad ꝓmũ: ꝙ lꝫ ſit in eo carnoſitas: nõ tñ eſt uera carnoſitas. ſꝫ a ſanguine multo flegmati cõmixta genita

¶ Et ad ſecundum negandum eſt ꝙ colo: eius ſit rubeus uerus ⁊ viua: ymmo mixtus ex eo ⁊ ſubalbido.

¶ Et ad tertiũ dicẽdũ eſt ꝙ caliditas repñtata per humiditates eſt ualde remiſſa ⁊ aggregata ex caliditate innata ⁊ aduẽtitia a multis uaporib^{9} ad caput eleuatis impoſita.

¶ Et ad q̃rtũ dicẽdũ ꝙ ſi ſudat nõ eſt q: materia ſit calida: ſed q: ſubtilis ⁊ aquoſa cui parũ colere cõmixtum eſt.

¶ Et ad quintum iam dictum eſt ꝙ remiſſa caliditas potius arguit frigiditatem q̃ caliditatem ꝓpter tertiã menſuram caloris inuentam.

¶ Et ad ſextã dicit ꝙ mobilitas in opinionib^{9} ⁊ opationibus ſenſuũ iteꝛioꝝ ꝓuenit a multitudine humiditatis oꝛganoꝝ ⁊ ſpirituũ ⁊ multarũ uẽtoſitatuꝫ põtia. Quare ex oibus ꝙgregãdo videt ſecurius eẽ dicẽdũ ꝙ cerebꝛũ huius viri declinat ad frigiditatẽ ⁊ humiditatẽ multũ intẽſam reſpectu ſue frigiditatis. Et ſi iuuenilis intellect^{9} ſbtiliari uellet poſſet dicere ꝙ cerebꝛũ eſſet frigidũ frigiditate accñtali iam declarata ⁊ calidum caliditate naturali. De humiditatis autẽ augmẽto ei^{9} nullus hẽt dubitare.

Et ex horum fundamẽto facile ſaluari põt accñtia que i hoc viro appent

¶ Et ꝓmo qdem grauitas capitis ꝓuenit a multa humiditate grauitãte. Etiã q: frigiditas debilitãdo calorẽ innatum ⁊ ꝑmutãdo complexionem ⁊ ſubſtantiam ſpirituuꝫ eſt cauſa ut grauitet caput eius magis q̃ leue fiat.

¶ Et iteꝝ facile eſt uideri cãꝫ g̃uitatis. i. grauatiui doloris ptiũ colli ſpatulaꝝ ⁊ adiacẽtiũ. ¶ Dãe enim frigida ⁊ hũida i merſa muſculis pãniculis ⁊ ligamẽtis eſt cã illi^{9} accñtis.

¶ Tertij ꝙ accñtis cã eſt debilitas in oib^{9} oriẽtib^{9} neruis a ſpõdilib^{9} colli uſq; ad iſimas ſpine ipſi^{9} ptes. ¶ Dãe enim cũ hoc ꝙ ifrigidãdo ſubito alterãt etiã humiditate ſua laxãt muſculos ⁊ neruos a nucha oriẽtes: ꝓ qõ nõ ſũt oꝛgana ꝙenientia ꝓ̃uti ad motiões fiẽdas ꝫ opꝑtunitatẽ.

¶ Rurſus iterũ nõ eſt difficile itelligẽ cãm nocumenti in renib^{9} eius. Sũt eniꝫ renes ei^{9} multo flegmate pleni: ꝙ qñq; cauſa eẽ debet difficultatis mict^{9} ꝓpter frigiditatemꝫ ipſius ⁊ uẽtoſitatẽ. ¶ Et iterũ mala cõplexio frigida cũ flegmate illo eſt cauſa doloris extẽſiui ⁊ grauitatiui i eis ꝓpter caliditatẽ que dñat rõne decurſus etatiui: non dubito ꝙ in renibus eius gente ſunt harenule multe: imo ⁊ lapilli. Caliditas eniꝫ vincẽs agẽs in mãm illã frigiditate ⁊ viſcoſitate ſua aptã indurari ualde facile terminat ipſam ad lapideitatẽ: ut colligẽdum eſt ex decimaoctaua tertij. capitulo de generatione lapidis in exoꝛdio eius. ⁊ hoc poteſt eſſe accidens aliud conſecutiuum ad diſpoſitionem uel nocumentum quartum ſuperius ꝓtactum.

¶ Pꝛeter hec autem intellige ꝙ ſi materia illa diu figeret in renibus dolores extẽſiuos faceret ⁊ iam fecit in eis.

¶ Et ſi materia illa a uenis ⁊ arterijs effuſa colligeretur i carnoſa pte renũ ⁊ poroſitatib^{9} eoꝝ ualde facile apoſtema gñaret in eis. ¶ Dis enim modis apoſtemata generã tur ut colligẽdũ eſt tertio tegni. ſ. ¶ illo. ¶ Periculũ eſt effũdi in medias regiones. ¶ Si aũt materie tales a putredinali caliditate euerterent: tũc ualde facile cũ hoc ꝙ generarẽt febres ꝑmixtas in renib^{9} ⁊ in poris urinalib^{9} excoriationẽ uefice efficere poſſent. Uide ex iſtis quot ⁊ q̃ arduis periculis humanum genus expoſitum eſt.

¶ At ꝙ iterũ circa ꝙntũ accñs ꝓncipale nõ leuius ſpeculãdũ eſt. Eſt enim de ſecretis nãe indiuiduũ nõ eẽ fecũdũ oportet enim fecũditatẽ ꝙſeq debitã diſpõnẽ cõplexionalẽ ⁊ cõpoſitionalẽ mẽbꝛoꝝ: que generãt inſtꝛa ⁊ mãs generationis. patet aũt ꝙ inſtꝛm gñationis ꝓncipale effectiuũ eſt ſpũs gignitiuus aggregat^{9} ex aiali vitali ⁊ nãli ſpiritib^{9}. Oportet igit hec mẽbꝛa eſſe debite diſpoſita. ſ. coꝛ cerebꝛũ ⁊ epar: ſi debẽt generare ſpũm vitalẽ aialeꝫ ⁊ nãlẽ: ex quoꝝ oium cõmixtione fit ſpũs gignitiuus noiatus ſiue huius gñatio fiat per occurſum ⁊ cõmixtionem utriuſq; triũ ad inuicẽ: ſiue fiat per alterationẽ ipſoꝝ inſimul: ſiue fiat per ꝙenientẽ cõmixtionẽ ⁊ trãſmutationes ſubalẽ utriuſq; illoꝝ triũ: per quã coꝛrũpanꝫ ⁊ trãſmutẽtur in alterũ: ſicut in q̃libet uera cõmixtione neceſſariuꝫ eſt fieri. Coꝛrũpunt enim oia que cõmiſcẽt ſupple uera cõmixtione ꝓmo de gñatione in fine. ⁊ tu ꝙſidera: qa iſte eſt pũctus eximie ſpeculationis. Lõceſſo enim iſto oportet dari q̃rtũ ſpũm in coꝛpe humano pfecto ⁊ nõ obꝛato gñationis ⁊ ꝓductiõis ſui ſilis enti apto. ¶ Tñ nõ eẽt ualde difficile teneꝛi tres eẽ ſpũs neceſſarios ad indiuidui humani ꝙſtitutionẽ. q̃rtũ ꝙo ſpũm eẽ ad ſpẽi ꝙſeruationẽ. ⁊ ꝓmi qdẽ tres vitalis aialis ⁊ nãlis ſpũs noiati ſunt. quartus ꝙo gignitiuus nũcupat. Utrum aũt hic gignitiuus ſpũs generet in coꝛde ſicut ſpũs vitalis generatur in eo: quẽ pipatetici tenẽt eẽ quodãmõ mãm aialis ⁊ nãlis: aliter tñ ⁊ aliter modificatoꝝ in cerebꝛo ⁊ epate ut ſimul ꝙcederẽt Ariſtoteles ⁊ philoſophãtes medici non eſt hic magna cura. Oẽs ꝙcoꝛditer cõcedũt ꝙ ad hoc ut ſpũs fiat inſtꝛm ꝙueniens aie ſenſitiue ⁊ motiue neceſſe eſt ipm recipe ꝓmã pfectionẽ in cerebꝛo: ⁊ ita dicunt de nãli ſpũ ꝙ ipſe recipit ultimã pfectionẽ in epate. Et ita ꝙcederẽt ꝙ gignitiuus ſpũs ultimã recipit pfectionez in uaſis iuolutis ꝓm Ariſtotelẽ: ⁊ in teſticulis ꝓm medicos lꝫ originali habuerit ꝓncipiũ ſue ꝓductiõis in quolibet mẽbꝛo ꝓncipali. ⁊ hoc qdẽ colligit exꝑſſe a ꝓncipe. 22^{a} tertij. capꝰo de cauſis ſpmatis cuꝫ dixit: ꝙ oportet ut ei. ſ. ſpmati ⁊ gignitiuo ſpũi inſit ex oi ꝓncipali mẽbꝛo fons ⁊ origo. pp qõ ex hac mã videnꝫ ꝙſeq coꝛrelaria plurima.

¶ Primũ ꝙ fatui amẽtes ſtolidi ⁊ melãcolici raro gñant: ⁊ hoc pp diſtẽperiẽ in ipſis egritudinib^{9} neceſſario iuentã in cerebꝛo. ¶ Scõm coꝛrelariũ. ꝙ iracũdi furibundi triſtes ⁊ anguſtiã hñtes magnã raro gñant. ꝓpterea qa iſte egritudies arguũt magnã diſtẽperiẽ coꝛdis. pp quã etiã cãꝫ frequẽter reſoluti ſipothomici ⁊ ſincopizãtes nõ bñ gñant imo raro niſi in muliẽ ꝙagine. ¶ Tertiũ coꝛrelariuꝫ eſt ꝙ hydropici: timpantici: leucoflegmatici: ⁊ aſclitici nunq̃ generant ⁊ ſi generãt, coꝛrupte efficiunt.

¶ Propter qõ ultimate concludit ꝙ quicũq; intendit ad generationẽ ⁊ fecũdus eſſe: vitam ſuã regulare debet in accidẽtibus aie: ⁊ opationibus virtutum vitaliũ ⁊ naturaliũ mediũ tenere q̃ magis eſt poſſibile: ⁊ hec qdem tam in viro q̃ in muliere eſt neceſſarie ꝙſeruatiue ꝙclusio.

¶ At ꝙo q̃tũcũq; ꝙcedit gignitiuũ ſpũs in q̃to ⁊ i q̃li pfectũ repiri niſi ſemialis mã ꝓueniẽtiã hẽret ad gñationez

nunq̄z fieret cōueniēter gr̄iatio. Variant enim effectus in spera actiuoz ⁊ passiuoz multū excelleter pp idispositionē aut dispōnē mäerū in gb^o agūt agētia. quantūcūq̄z eni celestia corpa ⁊ impssiões aeree que gr̄iant hoiem p se bñ dispōsita repirent: si sanguis mēstru^o eēt nimiū aq̄ sus fluxibilis nō debite retētiu^o: impssiōis i ipz facte aut nō eēt illi^o impssiōis receptiu^o pp frigiditatē ipsi^o grossitudinē aut viscositatē: nequaq̄z eēt ad mēbroz fet^o gr̄iationē dispōsit^o. Et si supueniret ei spma aquosum frigidū pauci spūs nequaq̄z posset fieri gr̄ia tiōis receptiuū. sicut eni fermētū nimiū aquosum antiq̄tū grossuz ⁊ semicorruptū farine ⁊ aque mixtis ad inuicē suppositū nō bene fermētat eā: ⁊ ecōuerso qñ semini viri miscet spma mulieris si hēt spma plificū negatū ab Alg̃. aut pmiscet ei sāguis mēstruus nimiū frigidus ⁊ extinguit semē viri aut exoluit ipm: aut nimiū humidus ⁊ facit ipm fluxibile ⁊ icōstās: neq̄q̄z poterit uera ⁊ queniēs iueniri plificatio.

¶ Ex gb^o oib^o tanq̄z ex fundamēto itelligi pōt cā phibitionis gr̄iatiōis in hoc viro. Cū enim amplissima iueniat humiditas in cerebro ⁊ alijs pncipalibus ut pdictuz est. nō appet mirabile si hic nō est bñ fecūdus quātūcūq̄z ei^o qsors ⁊ uxor bñ sana exīsteret. qd ergo affirmādum esset si uxor eius etiam in prędictis distemperata exīsteret.

¶ Ex gb^o oib^o collige quātū est difficile intelligē causas sterilitatis in viro ⁊ muliere. ¶ Collige 2^o quātū est difficile reducere ad fecūditatē virum ⁊ mulierem steriles.

¶ Collige 3^o qtra ciaryelliones medicos q̄ nō est data vna medicina impgnationis ⁊ fecūditatis effectiua causa sicut dicit mādragora a qbusdā. illud affirmat ⁊ ridiculosum credit de nepita qđ scripsit Macer caplo de calamēto dum inquit: fertur q̄ castas impgnat odore suo.

¶ Ultimate concluditur uerificatio quinti accidentis videlicet huius viri ineptitudo ad generationem.

¶ Jā ꝙo appet satis facile itelligi posse cās sexti accidētis videlicet difficultatis anhelit^o. Multe nāq̄z mäe flegmatice a capite ad pect^o ei^o effuse cānulas pulmonis: ⁊ vias ei^o angustas oppilauerūt ⁊ totū pulmonē debilitauerūt a queniēti dilatatiōe ⁊ fistole ipsi^o. pp qđ cū nō recipiat debita q̄ntitas aeris euētare debētis crescit caliditas que fac ad necessitatē magnificādi aut uelocitādi motuz pulmonis ⁊ iā fumositates ⁊ mäe recepte icitāt ꝙtutez ⁊ cogūt ipsaz ad magnificādū aut uelocitādū ⁊ frequētādū sistolē. ¶ Cū ergo istoz cāe pseuerāt tūc necesse est nocere anhelitū magnitudine uelocitate frequētia tarditate ⁊ raritate ⁊ puitate pm q̄ cāe harū dictarū pductiue dñant ⁊ subdñant aut aliter uariant. ¶ Et hoc totū nō est aliđ q̄z eē nocumētū in anhelitu ita ut qñq̄z nō possint bñ dilatari pulmo ⁊ pect^o qñ facta est caliditas itēsa in corde: debilitas ꝙtutis: ⁊ iobediētia organoz anhelit^o pp multitudinē materierū ⁊ distēperiē earū. ¶ Uñ qñq̄z in h̄ viro anhelit^o est puus uelox ⁊ frequēs: qñq̄z ꝙo magn^o tardus ⁊ rarus ꝓpter debilitatē ꝙtutis iobediētiā organoz ⁊ frigiditatē materierū: ⁊ qñq̄z parū aut nil molestās: qñq̄z ꝙo mltū. Et h̄ ē illd qđ itellexit pnceps x^a tertij. c^o de asmate dū ingt q̄ h̄ egritudo qñq̄z reuoluit p poxīmos.

¶ Et iterū ex hoc appet facile intelligi posse ꝓpter qd iste vir grauet magis qñ post getē lōgā incipit ambulare. ⁊ qñ per scalas uel mōtes ascēdēdo pgredit: tūc enim in motu dilatant ⁊ extēdunt mäe ⁊ magis infunduntur in mēbris: vñ magis cānales ⁊ vias replēdo pulmonis fūt cause nocumēti maioris in anhelitu. ¶ Et eadem rōne cuz infundant mäe in musculis ⁊ mēbris uoluntarijs ⁊ aialis motus magis nocet: ⁊ sic apparet quomō est leue querere philū circa accītia ⁊ egritudines diuersas. Difficillimū aūt est declarare ⁊ soluere eas. quoniam soluere vinculum non est ignorantis. elencorum primo.

Ex omnium igit ꝙz fundamēto colligit q̄ causa oium accītiuz ⁊ nocumētorum huius viri est mala complexio frigida ⁊ humida cerebri cordis ⁊ genitalium membrorum ipsius.

¶ Cōcludit 2^o q̄ mālis cā huius est flegma mucillaginosum ⁊ aquosū: gb^o cōmiscet aliqđ serositatis colē: h̄z paz.

¶ Segtur tertio q̄ añcedēs causa harū dispōnū est cōtenta in uenis panniculorum cerebri pectoris ⁊ genitaliuz.

¶ Segtur quarto q̄ cōiuncta causa est i mmersa poris cerebri pulmonis ⁊ mēbroꝝ anhelitus ⁊ generationis.

¶ Segtur qnto q̄ nō videt aliqđ mēbrum in hoc viro remāsisse queniēter se hñs magis q̄z epar argūmēto sūpto ab opationib^o coib^o attributis ei. s. queniēter attrahendi alimētū pmū. s. chilū in q̄tuoz humores pmos retinendi quertēdi ipm ⁊ ꝙtutē hñs expellēdi uel depurādi humores q̄tuoz a supfluitatib^o ⁊ delegādi ipsos ad loca nutricationis apponēdo vnīēdo ⁊ assimilādo. Et qñ hec accidētia pdicta vident eē suspecta ⁊ timorosa multū apparet in hoc viro necessariū eē regimē festine ⁊ sollicite p curatiōis ei^o qđ nūc sequēdo declarabit pticulariter.

Regimen sex rerum non naturalium continetur in illo consilio quod incipit. vir egregius ⁊ in iure canonico licentiatus.

¶ De regimine medicinalium. Cap.

Xplanato itaq̄z regimine huius viri per res nō
e nāles medicinale regimē eidē declarāduz est.

Propter cuius fundamētū pmittēdū pmo. q̄ lz accītia nouē molestāt hūc generosum virū. pncipalis tñ egritudo est mala cōplo frigida ⁊ humida toti^o corpis ⁊ maxime cerebri ipsi^o: que siue fuerit a gr̄iatione talis siue a tpe nō est mō discutiēdū cū appeat in viro isto multitudo mäerū frigidarū que sunt aquose ⁊ mucillaginosi. etiā ꝙz ptē sunt flegmata vitrea que nullo mō generari ⁊ multiplicari pñt uera gr̄iatione in epate suo aut equoca gr̄iatione in cerebro stomaco ⁊ in alijs locis: nisi cōplexio nālis aut accītalis declinaret a medio per augmētū frigiditatis ⁊ humiditatis. Cū igit hec oia in hoc viro nobili sint manifesta ut in pmo pncipali caplo demōstratū est. Oportet regimen omnium instrumentoz medicinalium sustentari super hoc fundamento.

¶ Propter qđ in applicatione medicinarū que aduersari debet male cōplexioni ⁊ mālib^o causis pdictis septē vident mihi necessarie intētiones curatiue penes quas diuersificat regimen oium instrumētorum medicinaliuz.

¶ Et pma intētio erit minoratiua materierū euacuatio.

¶ Secunda ꝙo erit illarum diuersio.

¶ Tertia erit ipsarum rectificatio ⁊ digestio.

¶ Et quarta erit regiminis in qualitatibus primis ⁊ secūdis quorundam simplicium medicinarum conferentiū ad predicta accidentia electio.

¶ Quinta ꝙo erit eradicatiua pdictarū mäerū euacuatio.

¶ Et sexta enunciabit plurima instrumēta correctiua male complexionis frigide ⁊ humide huius viri.

¶ Septima ꝙo ⁊ ultima sollicitabit cōpletā qsumptionez materierū pdictarū: ⁊ ponet quedā instra cordi cerebro stomaco ⁊ renibus queniētia: in qua etiā nōnulla simplicia ⁊ cōposita medicamina pm sentētiā illustriū auctorū conscribentur que viruz ⁊ mulierem de sterilitate reducunt ad fecunditatem ⁊ tandem erit opusculi finis.

Pro intētione pma executioni mādanda pmittēdū q̄ oportet instra minoratiua materias habere virtutē attrahēdi flegmaticas materias pdictas a capite stomaco: a pectore ⁊ renibus: ⁊ a musculis ⁊ iūcturalibus partibus: cuz iste nobilis nō leuiter sit preparatus ad nocumenta iūcturarum.

¶ Cū itaq̄z vno mane in aurora fuerit distās a cena passū pta per nouē horas accipiat has pillas. ℞. pillarū cochiarū: pillarū de sarcocolla descriptiōe Mesue i ca^o suo. aū. 3. ſ. i corpenſ cū yera simplici ⁊ fiāt pille. vij. ⁊ assumant oēs. post q̄rū assūptionē qnta hora accipiat cyathū vnuz plenū aq̄ ordeu zuccarata: ⁊ post p vnā horā accipiat prādiū. Neq̄z sup eas dormiat nisi ualde paz: q: debiles sūt.

℔ Si aũt nõ diligeret accipe pil'.tunc accipiat hãc medicinã.℞.mellis ros.℥.j.℈.agarici electi.ʒ.j.pul'.hermodactilo^{z}.℈.j.zinziberis viol'.cinamomi.aã.℈.iij.salis gemme ℈.j.zuc.℥.℈.incorporent oĩa simul ⁊ accipiat totum.

℔ Et ſi adhuc ꝓpter amaritudinẽ abhoiaret hãc medicinã accipiat hãc tertiã.℞.electuarij indi.ʒ.j.℈.bñdicte.℥.j.hermodactilo^{z}.℈.j.zinziberis macis ℈.iij.misce ⁊ accipiat cum medio cyatho vini albi subtilis ⁊ aromatici.

℔ Et qualiſcũq; de numero haruꝫ medicinarũ accipiatur poſt eam obſeruande ſunt ꝯditiones que ſcripte ſunt in aſſumptione pil'.ſupꝛaſcriptarum obſeruari debere. Et hec de minoratiua euacuatione ſufficiant.

Secunda ꝓ intẽtio eſt mãe^{z} diuerſio.ꝑ qua ꝑmittẽdũ ꝑ^{o} ꝙ ſi iſte vir in etate adoleſcẽtie uel pueritie ſoluit hẽre fluxũ emo^{r}roydaꝫ nulla melio^{r} poſſet iueniri ſpẽs diuerſiõis q̃z apire eas:uel fricãdo ipas cũ felle tauri:aut cũ foliis fici recẽtib^{9} ul' ficcis.

℔ Uel 3^{o} cũ foliis ꝙſolide maioris. ℔ Et 4^{o} cũ pãno biſello bñ aſpo. ℔ Aut 5^{o} pũgẽdo eas cũ ſetis porcinis ul' cuꝫ flõmo. ℔ Aut ulti^{o} ſupponẽdo puã uẽtoſaꝫ circulo ani. Et q̃l'cũq; apiank ꝑmittat exire ſanguis uſq; ad debilitatẽ ꝯtutis excluſiue. ℔ Si aũt ut frequẽter ꝙngit flux^{9} ſanguis ſupfluereꝫ:tũc ſupponat ĩ medicamẽ.℞.acatie:lapidis ematitis:gũmi arabici:dragaganti fuligi/nis iuẽte ante faciẽ furni aã.ʒ.ij.puluerizenť oĩa ſubtiliſſime ⁊ ꝙaſſenť cũ albumie ouĩ cũ quo cotũ uel ſtupa de lino pus in aceto nigro infuſa ⁊ bñ exꝑſſa madefiat:de inde cũ eo emplaſtret fiteri. ℔ Et ſi iterũ ꝑſeueraret earũ emo^{r}roſagia tũc exhibeank ei pil'.de bdelio deſcripti/one Raſis 9^{o} Almãſoris capꝫo de emo^{r}roydib^{9}ragadijs ⁊ fiſtulis in ano.de q̃bus patiẽs ſemp ante prandiũ ⁊ cenaꝫ per duas horas accipiat tres:⁊ in aurora accipiat de eis ſeptẽ uel octo ⁊ felicitabitur eius cura.

℔ Scõs modus diuertẽdi mãs eſt cũ ꝓuocãtib^{9}urinã.de quo^{r} nũero tria ſunt iſtꝛa ſecura ⁊ elegãtiora. ℔ Quorũ ꝑ^{m} eſt ℔.℞.aque milij ſolis.℥.v.⁊ bibank i aurora calide. ℔ Et ſi uolueris fortẽ illo.Accipe aque apij rubee:tinctor ⁊ fu.aã.ʒ.j.℈.Accipiat totũ ut ſuꝑ. ℔ Et ſi iteꝫ uolueris medicamẽ fortẽ:tũc.℞.rubee tictor:ſpice nardi ℊnor orobi:fu.meu.ſe.apij:aniſi:feniculi.aã.ʒ.j.puluerizenť oĩa ꝑ ſe:deide cõmiſceank:⁊ cũ ſuc.apij fiant ex eis pille:de qb^{9} in aurora accipiãt.℈.iij.aut.ʒ.j.℈.Et de eis ẽt accipiank aã prãdiũ ⁊ cenã ꝑ horã cũ dimidia 4^{or} ul' qnque ſũt enĩ utiles ⁊ magne ꝓuocatiõis ⁊ ſecure.Et credo ego q̃ poſt diuerſionẽ per emo^{r}roydas nulla eẽt ſpẽs diuerſionis melio^{r} ⁊ ſecurio^{r} q̃z urine ꝓuocatio.

℔ Si qs aũt diligeret magis mãe^{z} diuerſionẽ ꝑ uẽtris ꝓuocationeꝫ:tũc poſſet fieri ĩ cliſtẽ.℞.folio^{r} malue mercurialis ⁊ blete.aã.℥.j.folio^{r} altee.℥.ij.ſe.lini.℥.j.℈.furfuris.℥.ij.coq̃nť oĩa in 4^{or} ſitulis aque uſq; ad cõſũptionẽ medietatis.Et de tali colatura cũ exꝑſſiõe bõa accipiat lb.j.olei de ſiſamo:olei lilio^{r} alborũ ⁊ de aneto aã.ʒ.j.℈.ſalis coĩs.ʒ.℈.bñdicte.ʒ.vj.ʒuc.ru.caſſiefiſtule aã.ʒ.℈.misce oĩa ⁊ cũ eis mediocriter calis fiat cliſtere.

℔ Cõuenienter ẽt per uẽtrẽ diuerterẽt mãs he pil'.℞.al'.epatici põderoſi ⁊ bñ pinguis.ʒ.ij.maſticis.ſe.apij:feniculi ⁊ anetĩ.aã.℈.ij.diagridij.ʒ.℈.macis cinamomi aã.℈.j.ſalis indi.℈.ij.ifundant oĩa ſubtilr puluerizata i lb.℈.ſucci lupulo^{r} ⁊ ponank ſub radijs ſolis ⁊ exiccent.poſtea aũt bis renoueť ſuccus ⁊ exiccenť.⁊ de mã remanẽte fiãt pille de oĩ.ʒ.vj.de q̃bus accipiank aã cenã due ul' tres.Aperiũt enĩ uentrẽ ꝙnienter ⁊ mediocriter educẽdo mãs ſecales ⁊ alias in uenis ꝓpinquis inuentas.

℔ Poſſunt etiã quarto diuerti mãe per fricationes adminiſtratas a pedib^{9} uſq; ad genua:⁊ ab illis uſq; ad inguina:de quib^{9} uſq; ad nates:⁊ de natib^{9} uſq; ad ſpatulas:⁊ de manibus uſq; ad humeros reuoluendo fiat fricatio cum pãno aſpero ſemp ad inferiora trahẽdo uſquequo fricate partes efficiantur rubee ⁊ bene calide actu.

℔ 5^{o} iteꝫ diuerti ꝑñt mãe ꝑ applicationẽ uẽtoſaꝫ abſq; ſcarificatiõe q̃ apponank domeſticis pub^{9} carnoſis tibiaꝫ ⁊ coxarũ:aut ponank ſup nates:aut tertio ſup ſpatulas intelligẽdo ipſas ſemp applicari debẽ abſq; ſcarificatiõe.

℔ Et ſiq̃s deſideraret mãerum diuerſionẽ cuꝫ euacuatione manifeſta nullũ eſſet incõueniẽs adminiſtrare flobothomiã in hora electa de uena nigra purpurea:ul' coĩ in brachio dextro uel ſiniſtro in curuatura et^{9} aut de uena baſilica ibidẽ apud cubitũ iferi^{9} inuẽta per quã extraherent q̃tu^{r} uel.v.ʒ.ſanguis.In viro enim iſto multipli caſ ſanguis notabilr ꝑpter bonã diſpõnẽ epatis.⁊ hec de itentiõe diuerſionis mãerũ ꝙnienter ſufficere videnť.

Tertia ꝓ intentio premiſſa laborabat ad materie rum digeſtionem que cum infraſcriptis inſtrumentis compleri poteſt.

℔ Quo^{r} ꝑ^{m} eſt hoc.℞.aque capillo^{r} ueneris:aque milij ſolis:aque yſopi.aã.ʒ.j.℈.misce ⁊ calide aſſumank in aurora:poſt que tardet cib^{9} horis q̃tu^{r}.Capillus enim ueneris reſpicit pect^{9} co^{r} ⁊ vias urinales.qui lz tẽperat^{9} exiſtat.tñ eſt tãte ꝓuocatiõis q̃ de eo ſcribit Auerroys q̃ to colliget q̃ erat ꝓuocatiuus in tertio gradu.Adilium ſolis autem reſpicit epar ſtomacuꝫ ſpl enem ⁊ vias urinales digerẽdo mãs in eis:yſopus eſt de melior^{9} medicinis capitalib^{9} pectoralibus ſtomacalibus epaticis ⁊ ſpleneticis ⁊ aduerſantur flegmati conuenienter in digerendo ⁊ diſtrahendo ipſum a membris illis.

℔ 2^{m} ꝓ digeſtiuũ delectabilius illo eſſet hoc.℞.ſyrupi de yſopo.ʒ.j.ſyrupi cõpoſiti acetoſi.℥.℈.aque feniculi abſinthij ⁊ apij aã.ʒ.j.misce ⁊ totum calidum exhibeatur.

℔ 3^{m} digeſtiuũ ꝙnienſ eſt hoc.℞.ſpẽrum diacinamomi ſpẽrum electuarij de ligno aloes ⁊ diamuſci dul.aã.ʒ.j.ʒuc.ſcõe decoctiõis:q̃ calidi^{9} eſt tabarzet.ʒ.v.cũ aq̃ betonice fiat ꝓfectio in rotulis duarũ.ʒ.de q̃bus ſemp vna imediate aã cibũ ⁊ altera poſt ipẽ.⁊ 3^{a} i aurora accipiat. Tales enĩ ꝓfectiões lz nõ ſint ligditate ſua adeo facile penetrãtes ad remotas ptes:nõ miori tñ ꝯtute digerẽ ꝑñt mãs ꝑter morã quã trahũt eiſq; cito penetrãt.Et fortaſſis iſta fuit cã ꝑter quã illuſtres viri ueteres mãs digerebãt cũ ꝓfectionib^{9}:electuarijs:trociſcis:⁊ pul'.quos pul'.arabici ueteres noiant viur:⁊ greci nominãt eos ſufuf. Nos ꝓ itali medici nominamus eos trageas.

℔ Et iterũ 4^{m} digeſtiuũ eſt lb.℞.trociſco^{r} de ſpica deſcriptione Raſ.9^{o} Almãſoris trociſco^{r} de eupatorio deſcriptiõe Auic^{e} 5^{o} canoñ.aã.ʒ.j.cũ ſucco abſinthij fomentur trociſci ⁊ exiccenť in vmbra:de q̃b^{9} cum exiccati fuerint dek.ʒ.j.in potu poſt ultimã ꝙtritionẽ eo^{r} cum.ʒ.ij.aque maiorãe ul' betonice. Et ſi patiens timeret abhoiationẽ ul' amaritudinẽ:tũc ex eis puluerizatis fomenť pil'.v.ul' vj.⁊ accipiank in aurora. Ego aũt ex eis exhibẽ ſoleo pillulas tres per horã vnã ante prãdiũ ⁊ totidẽ ante cenam ⁊ qnque ex eis offero in aurora:⁊ ita ꝙnienter:⁊ ſine nocumento digero materias febrium ⁊ oĩum egritudinũ.

℔ Sil'r ẽt digeri ꝑñt mãe ꝙnienter ꝑ admiſtrationẽ electuario^{r} molliũ:ſiĉ erat antiquo^{r} ꝙſuetudo.pp qđ optima eẽnt electuariũ dyãbra noiatũ diamuſcũ dulce diacinamomũ aromaticũ roſatũ deſcriptiõe Gabrielis diacalamẽtũ diayris ⁊ electuariũ de gẽmis:⁊ electuariũ de ligno al'. deſcriptũ ab Auic^{a} 5^{o} canoñ.ſũma ꝑ^{a}.hec enĩ oĩa ꝙnientia ſũt ad digerẽdũ mãs flegmaticas ⁊ fridas alias immerſas in ꝓfunditate mẽbr^{9} quorũcũq; ⁊ aromaticitate ſua vigorãt mẽbra illa:⁊ a multiplicatiõe ſupfluitatuꝫ defendũt ea.Soleo aũt ego in aurora exhibẽ.ʒ.℈.ſimpliciter deglutitã aut ſaltẽ cuꝫ aqua calamenti:betonice uel ſaluie calefacta potatã.Neq; timeo de eis exhibere quantitatem caſtanee vnius immediate uel parum ante prandium ⁊ cenam. Et video omnia ꝓſpere ⁊ conuenienter mihi ſuccedere.Altiſſimi tamen ꝓuidentia magis q̃ induſtria mea.Et hec de intentione digeſtionis ⁊ inſtrumentis eius talia ſint.

Quarta intētio laborabat ad inuenīēduz aliqua medicamina accūtibus hui^o viri ꝙueni entia capitis grauitati ⁊ oppilationib^o cerebri:⁊ ſpatulaz ⁊ pectoris repletioni ꝙueniētia ſunt hec oia inſtrumēta.

℔ p^m eſt xilobalſamū ꝓditū:de q̄ coclear vnū in aurora de glutiēdo comedat. Et ēt aliqd de eo accipi pōt imediate poſt cibū. ℔ Silr ēt huic intētiōi ꝙferūt cubebe.ʒ.uł.4. in mane maſticate expuēdo ſupfluitates diſſolutas p eas. ℔ Et radix etiā gētiane maſticate optima eſt:ſi nō time tur ei^o amaritudo. ℔ Et nux muſcata diu in ore retenta magnifice ꝙfert capiti ⁊ oib^o oppilatiōib^o cerebri. ℔ Et ꝙfectio de acoro poſt cibuz comeſta uſq; ad mediam. ʒ. ℔ Et calamentuz recens in principio prandij ⁊ cene co meſtum cum ỹſopo ⁊ ſine illo eſt ualde conueniens.

℔ Spatularuz aūt tēſioni ⁊ grauitati ꝙfert fomētatio facta cū folijs betonice:calamēti:laur⁹:roſmarini:⁊ ſiſium ca lidoz ⁊ iunctio ipaꝝ cū oleo ỹrino calefacto: uel cū olo de viol' citrinis. Aut cum oleo de andacocha:qđ adhuc meli^o eſt:uel cum oleo de pipib^o ⁊ de croco. Hec oia aut ipſoz aliq̄ uel ſimplr aliqđ ex eis accipiēdo ſoleniter ꝙfe rūt. ℔ Et madefacē pānos de lino i aq̄ vini bñ exp̄ſſos calefactos apponē ſpatulis tollit oēm eaz lapſitudinē:ſi ue per eā itelligaſ nocumētū in ſenſu uel in motu iuētū.

℔ At ỹo ſi hui^o viri pect^o ꝙſtipatū pciptaſ qđ appebit per aliquā ſpēm diſnie.i.nocumīti anhelit^o eidē ꝓuidēdū eſt in ſero apud ſomnū deglutiēdo.ʒ.j. electuarij de calamē to deſcriptiōe Nicolai in antidotario. ℔ Et ſi rauca pci pieł uox ei^o eadē hora deglutiaſ electuarij dyaris.ʒ.j. de ſcripta ubi ſuꝑ aut ſaltē bibaſ diſſoluta cuz modico vini albi dulcis p̄calefacti. Dilatāt enim hec talia pect^o apiēdo oppilationes eius diſſoluēdo mās ⁊ puocādo ſputum.

℔ Āt ỹo ſi mot^o tremulus cordis adeſſet tūc accipiaſ pul'. ʒedoarie.ʒ.j.⁊ diſſoluaſ cuz aq̄ decoctiōis croci:⁊ fiat ex ea linimētū ſup mamilla ſiniſtra. ʒedoaria enī ꝙfert tre mori cordis uehemēter ualde ⁊ ꝓpe a frigore ⁊ friditate facto. Si aūt ſtomacus ei^o nauſearet ⁊ abhoſtionē h̄ret: tunc ꝙferūt eidē pill'e ſuꝑſcripte in intētiōe diuerſiōis ⁊ electuariū de xilobalſamo ſuꝑ ſtatim poſitū. ℔ Et opti mum inſtr̄m eſt ad hanc intētionē inunctio ex oleo nar dino cum puluere ameos facta:in qua etiam infundaſ cotum uel lana ⁊ ſtomaco actu calida ſuperponantur.

℔ Si aūt perciperet in epate oppilatio per tēſionē ibidez repſentatā:tunc ꝙueniens inſtr̄m de localibus ad extra eſt eupatoriū recēs calefactū fomētādo ipz epar ſub ypo cūdrio dextro. ℔ Aut deſ.ʒ.j. trociſcoz de ſpica cuz ʒ.j. aque abſinthij p̄calefacte. ℔ Aut ſaltē eidē exhibeatis i aurora electuarij de ligno aloes.ʒ.j.ʒ.cū ʒ.ij.aque ỹris aut capillorum ueneris calefactis.

℔ Dolori ỹo renū ei^o ſi ſupueniret,puidēdū eſt fomētādo eos cū paritaria recēti calefacta:aut cū furfurib^o ⁊ milio. ℔ Et meli^o illis eſt fomētū factū cū ſerpillo recēti calefa cto ⁊ renib^o applicato ⁊ eſt de exptis meis. ℔ Et ſcio ēt ego q̄ tales dolores ꝓueniēter aufert offerre. ʒ.iij.aque capilloz uene.calefacte cū medio. ℈.croci.cū in aurora exhibenſ. ℔ Et expientia certificat^o ſuz q̄ exhibē.ʒ.j.ty riace Andromaci cū. ʒ.j.ʒ.aque eupatorij eſt ualde ꝓue niēs:ipa enī ꝙfert doloꝝib^o renū ex pluꝝib^o cauſis adue nientib^o ⁊ plib^o ēt modis iuuamēti in ſ^o canoñ.ſūma ꝓma de laudib^o tyriace colligēdū. Hec i ſūma videnſ mihi ſuf ficē pro intētiōe q̄rta eligēdi medicias nōnullas ꝓueniē tes accūtib^o q̄ꝑplurib^o moleſtātib^o hūc viz:neq; exiſtimā dū eſt q̄ hec oia uel eoz plura ſimul ꝙfundi debeāt. Sz ſapiēter itelligēdū eſt. Neq; enī eēt poſſibile tot ⁊ tā ta medicamina ꝙfuſa adminiſtrare. Cū neq; virtus pati poſſet eoz opationē:nec illa ꝓueniēter actuare poſſet.

Pro quinta ỹo itētione ꝓncipali apiēda de ſcribaſ p^o ł̄ cōpoſitū. ℞.agarici electi.ʒ.j.hermodactiloz.℈.ij.turbit albi leuis ⁊ gūmoſi ʒ.ſ.zinzib.℈.j.ſalis gēme q̄.ij.diagridij q̄.ij.puluerizen tur hec oia p ſe ⁊ miſceaſ in.ʒ.iij.aq̄ eupatorij p diē nā lē.poſt h̄ caleſiāt ⁊ cōmiſceaſ ⁊ fiat eoz colatura cū exp̄ſ ſione fort⁹ ⁊ illi colature addaſ zuc.ʒ.ſ.⁊ totū h̄ cal'm bi baſ obſuādo poſt illō regulas i p^o miorativo deſcriptas.

℔ Si ỹo eger abhoſtareſ hāc ituſiōez tūc exhibeāſ ei pill'e iſte.℞.pil'.fetidaz.pil'.de agarico:⁊ de hermodactil'.aā. ℈.j.fiāt pil'.vij.uel.viij.cū ſuc.roſarū:⁊ exhibeaſ oēs.

℔ Tertiū eradicatiuū pōt eſſe pul'.iſte.℞.turbit electi pul ueris hermodactiloz aā.ʒ.ſ.diagridij granū vnuz:zinzi beris aniſi ameos ligritie aā.ℊ.v.puluerizenſ oia p ſe ⁊ cōmiſceaſ.⁊ tot^o hic puluis bibaſ cū.ʒ.ij.aque eupato rij zuccarate ⁊ calefacte obſeruando poſt hoc modos in alijs euacuantibus obſeruandos ⁊ deſcriptos.

℔ Si aūt eger deſideraret accipe electuaria:tūc cōueniēs erit el'uariū indū el'uariū de daculis ⁊ de diaſinicō noia tū el'ariuz eleſcoſ deſcriptiōe ℳeſ.i antidotario. Et plu ra alia q̄ hic pp b:euitatē ptrāſeo cū p̄dicta bñ ſufficiāt.

Pro ſexta ỹo intētiōe expediēda p̄mittēdū p^o q̄ pl'ima illoz que ſcripta ſunt in in tētiōe p̄ma de minoratib^o.in intētiōe 3^a de digerētib^o.in intētiōe 4^a de ꝙferētib^o ad accūtia diuerſa ad hāc intētio nē adaptari p̄nt. Quis enī dubitat q̄ mioratiua:digeſti ua:coꝛrectiua accūtiū ⁊ eradicatiua medicamina ſufficiē ter coꝛrigē p̄nt malā cōpl'onē frigidā ⁊ hūidā huius viri uerū adhuc inueniunt plurima a ſapētibus laudata.

℔ Primuz eſt uſus tyriace Andromaci pp multas cās:⁊ ꝓprie q:ipa ꝙfortat caloꝝ inatū gnto canoñ.ubi ſuꝑ.

℔ Secundum ỹo eſt uſus metridati.

℔ Tertium eſt uſus electuarij diantos.

℔ Quartum eſt ſotira magnum:ideſt electuarium nomi natum ſotira:ideſt ſaluatrix.

℔ Et quintum eſt electuarium alchechengi magnum.

℔ Et ſextum eſt electuarium dialacca.

℔ Et 7^m eſt electuariū dyacurcuma noiatum.

℔ Et octauū eſt el'uariū diambra noiatū:quoz oīum acci piaſ a.ʒ.j.uſq; ad duas deglutiēdo ipm aut diſſoluēdo ⁊ bibēdo cū aq̄ calida diſtillatiōis maiorane:ul' roſmarini pp cerebrū. Et bugloſſe uel melliſſe pp coꝛ. Et ỹſopi uel p̄raſſij pp pect^o.⁊ abſinthij ⁊ mēthe pp ſtomacuz.⁊ eupa torij ⁊ apij pp epar.⁊ tamariſci ul' ſcolopēdrie pp ſpleně. ⁊ fu.meu.⁊ capilloz ueneris pp renes:que oia aut ipoz aliq̄ tepida:aut parū calida exhibeaſ cū aliquo de p̄di ctis el'uariis in aurora uel p tres horas aā cibū. Hec enī ſufficiēter cōpl'onē hoium a tēperamēto ſuo elongatam a frigiditate reducē p̄nt ꝓuenīēter ad tēperiē cōſuetā. Et tu ꝓſidera p̄dictoz ỹtutes p̄mas:ſcōas:tertias:quartas: ⁊ inuenies hoz ueritatē:⁊ hec de intētione ſexta.

Pro ſeptima ỹo intētiōe ꝓncipali tā appet manifeſtū eē q̄ oia iſtra q̄ po ſita ſūt in itētiōe 6^a p̄cedēte ꝙſumē p̄nt ⁊ exiccare mās in p̄dictis mēbris remanētes. Cerūtū ſcitū eſt q̄ galāga eſt de medicis ꝙſumētib^o mās fridas in cerebꝛo abūdātes.

℔ Et grana tria cubebarum deglutita hora dormitionis multum etiam conferunt ad hoc.

℔ Et flores roſmarini cōfesti p^o cibū mirabil'r ad h̄ ꝙferūt.

℔ Et odoꝛ maiorane ſicce ⁊ recētis etiā eſt ualde utilis.

℔ Et ſupalſpergere parti anteriori capitis ſero ⁊ mane ali quid de puluere garioſiloz eſt potēs medicina ad ꝙſum ptionē ſuperfluitatū frigidarū capitis ſicut placuit Auē zoar primo theiſir.capitulo primo.

℔ Ego ỹo nō minus iuuamētū iueni in puluerizatiōe p̄ dicte partis cum puluere de electo ligno aloe facta.

℔ Praſſij aūt ỹſopi:enule:⁊ calamēti:uſus in cibis conſu munt materias frigidas in pectore habentes.

℔ Coꝛdis aūt ſuperfluitates exiccat ⁊ educit ſuccus enule melliſſe:ſalue:maiorane:macis:croci:⁊ zedoarie.

¶Ultimū p̄ncipale istr̄m est: ut in ℔ viro sūmope attēdak ꝓuocationē emor:roydar q̄z magis est possibile. Credo eni earū eūonē cor:p^{9} sufficiēter eūare posse ⁊ ditūere mäs ne fluāt ad iūcturas. Adulte eni egritudines cronice nō raro curate fuerūt pp ipsarū emor:roydarū eūones moderatā: ut colligit 17^{a} tertij. cap^{o} de iuuamētis aptiōis earū. ⁊ claudit in p̄monib^{9} Gal. affo^{r} 5^{a}. 2^{o} illi^{o}. Emor:roydas sanare antiq̄s ⁊c. ¶Posset aūt emor:roydes apri fricādo eas p̄mo cū pāno aspo. 2^{o} cū folijs ꝙsolide mi. uel alteri^{9} aspe plāte ⁊ pūgitiue. cū folijs nenufaris ⁊ cuz felle tauri ⁊ puluē arthanite: ⁊ sic de alijs. Ex quor applicatiōe ꝙdecēti hic nobilis vir finē laudabilē obtinebit ⁊ intētū qualescētie magnū. ⁊ est rōnabile ⁊ sperādū i amplissima ⁊ largiflua sūmi ꝙditoris libalitate: in cui^{9} laude opusculū ℔ uelut a fonte suo emanās ppetue referak.

Cōsilium CCXLIIII. De decē accūtib^{9} iūcturarū. vz.

¶De dolore. 1.
¶De frigore i eis. 2.
¶De stupore. 3.
¶De tremore. 4.
¶De saltu. 5.
¶De paralisi. 6.
¶De ipotentia mot^{9} mēbror. 7.
¶De ipotētia sustētādi mēbra. 8
¶De spasmosa disp̄one. 9.
¶De duritie in eis. 10.

¶Et continet consilium rubricas decem.

¶Jcet accidētia que in iuncturis remanere solēt post eor vulnera uel ulcera pcussiones aut fracturas uel dislocatiōes plurima possint eē. tū p̄m rei vtilitatē uel p̄m q̄ p expiētiā accipiť talia videnk eē. x. accidētia ad que oia alia reduci p̄nt. Primū itaq; ipsor est dolor. 2^{m} est frig^{o} in eis. 3^{m} est stupor. 4^{m} est tremor. 5^{m} est salt^{9}. 6^{m} est palisis. 7^{m} ipotētia mot^{9} earuz ad dīas positionis nēcias. 8^{m} est ipotētia sustētatiōis earū. 9^{m} est spasmosa disp̄o earū. x^{m} ⁊ ulti^{m} uehemēs durities in eis. Que tū accūtia a nullo ita ꝙgregatim posita in medicina repies.

¶De dolore. Rēca. I.

Primū itaq; accūtiū qđ est dolor: ℔ pluri mū eē possit ⁊ diūsū: tū ut i plib^{9}

dolo: talis est: aut p:uritiu^o: aut pūgitiu^o mo:dicatiuus i tēsiuus extēsiu^o ⁊ ḡuatiu^o. ℔Datet aūt: q: p̄mi q̄tuo: dolo/res ,puenīūt a mā cal'a acuta icēsiua que pp dolorē in se quētē sol'onē p̄tinuitatis attracta fuit ad locū: q: mobilio: Jō ad fluxū pata magis: aut q: frequēter quātūcūq; māe nō sint acute ut sanguinee uel flatice acuunt in loco pp medicinas cal'as ⁊ acutas frequēter idiscrete applicatas que sūt cā harū spērū dolo^r p̄dicto^r. Que accūtia facil' itelligēti p̄nt cognosci per tritē sensationē circa vulnera ta loca pceptā. per ruborē excoriationē cutis ⁊ pustulaz multitudinē ⁊ emissionē alicuius viruletе humiditatis que ex membris effusa excoriat ea.

Cum igitur talis p:esentabit doloris spēs se/curum est co:pus taliter regere.

¶ ℔Primo ab eo euacuādo mās acutas cuz pillulis aureis exhibēdo ex eis. ʒ. j. aut el'arij de psilio: ⁊ el'arij de succo ro℞. exhibēdo. añ. ʒ. ij. cum medio cyatho aque lactis.

¶ 2° ℣o circa loca p:uritia admist:ref lꝫ defensiuū. ℞. suc/ci semputue. ʒ. ij. boli armeni. ʒ. j. ℈. amili terre sigillate. añ. ʒ. ℈. fiat linimētū in mo:tario plumbeo cum modico aceti ⁊ liniant ex eo copiose partes circunstantes.

¶ 3° ℣o tollit talis p:urit^o uel iflāmatio cū tali vnguēto pti bus patiētib^o applicato. ℞. coriādri ꝑparati sarcocolle tu cie ꝑpate masticis añ. ʒ. j. mirre. ʒ. ij. litargirī. ʒ. j. ℈. olei, on fancini ⁊ ro℞. añ. ʒ. ij. cere albe q̄tū sufficiē. ⁊ fiat vnguētū molle: deide bulliat in. ʒ. iij. succi enule folio^r ul' radicis hoc enim vnguētū talia accūtia idubitāter remouet.

Reliqui ℣o dolores duo p̄tacti. ſ. extēsiu^o q utpl/rimū fit a uētositatib^o ⁊ a mā imersa i mu sculis ⁊ neruis: ⁊ ḡuatiu^o dolo: qui utplrimū fit a mā frī gida ⁊ grossa ⁊ viscosa ⁊ in mēbris ifixa securius remo/uent ꝑeuacuādo co:pus cū pillulis de sarcocolla aut de lapide armeno. añ. ʒ. ℈. ex eis inuicem inco:porando.

¶ 2^m istrz quo remouent dolores fixi ⁊ ḡuatiui ⁊ extēsiui est: ut loco patiēti ter uel q̄ter in die applicet spongia bñ calida in aq̄ decoctionis radicuz altee fenu greci ⁊ semi/nū lini infusa. vj. uel. viij. vicibus replicata in die.

¶ In nocte ℣o sequēti applicet lꝫ tertiū istrm resolutiuū. ℞. olei de aneto de^r costo ⁊ lilio^r albo^r. añ. ʒ. j. p̄guedi/nis ceruī urſi ⁊ anseris. añ. ʒ. iiij. puluer is melliloti ⁊ ca/momille. añ. ʒ. j. cere albe q̄tū sufficit. fiat vnguētū mol/le cū. ij. ʒ. armoniaci pinguioris. lꝫ eni vnguētū in nocte ⁊ spōgia p̄dcā in die applicari debēt. Scio eni dolores fi xi a ptib^o remouent a mollificāte instr^o ptrāseūdo ad re solues ⁊ econūso: ut colligit 4° terrap. c° de cura sclirosis.

¶ De frigiditate in iuncturis. ℞ica. II.

Rat aūt scōm accūs friditas in iūctu/ris remanēs que frequenter p̄tingit pp imoderatū exitū sanguinis ⁊ eūonē

¶ 2° pp idiscretā custodiā vulnerū ab exteriori ⁊ spūuz. frigore ⁊ occursuz ad aliq̄. ut ad uētū magnifice spirātez.

¶ 3° ℣o solet hec frigiditas acgri pp applicationē medici/

¶ Et 4° pp phibitionē ⁊ narū uehemētis ifridationis. spūs ad mēbra ⁊ ꝑpe vitalis: aut q: icidunt vie trāsit^o spi rituū ut arterie ⁊ uene uel neruis: aut q: claudunt pp ue hementē strictionē factā a ligaturis indiscrete applicatis.

Cognoscit aūt friditas pme spēi ex occursu vulnerū ad infrigidātia exteriora.

¶ Et cū talia p̄tigerit repir: tūc mēbra vigorent a freq̄n ti applicatiōe pānoz calidoz actu aut pelliū vulpiū cale/factarū applicatiōe assidua. ¶ Aut mēbra patiētia fomē tādo ⁊ embrocādo cū aq̄ decoctiōis calamēti pulegij ysopi origani sticados ⁊ aliarū medicinaz neruosaz. ¶ Aut vngant ea cū oleo de rutha ul' de castoreo que sūt de so/

¶ Cognoscit aūt friditas in iūcturis acgsita ex ⁊ lēnib^o. strictura. ¶ ℔Dño: q: mēbrū erit extenuatū. ¶ 2° tactu re/perit solidū. ¶ 3°: q: colore liuidū ⁊ pallidū. ¶ Et hec q dē accūtia remouent ꝓuenīēter effūdēdo sup mēbris ole uz cōe cal'm ⁊ meli^o illo est oleū de pulegio. ⁊ sblimi^o eo est oleū de rutha usq; ad castoreū.

¶ Cum aūt contingeret frigiditas in iūcturis esse negatio ne trāsitus spirituuz ad membra cognoscetur per hoc si/gnum infallibile ⁊ est cordi mandādum q: post sectiōes mēbroz per que delegabat spiritus membra illa instan tanee ifrigidant. ¶ 2° q: ab illa friditate nunq̄ releuant

¶ Et huic qdē friditati releuāde defic igentiū medicina le: nisi q: meli^o qō fieri pōt est ut mēbra pellib^o uel pānis ⁊ aliis bñ cal'is muniant uel defendant. Dato eni q aliq uenarū ⁊ arteriarū rami ⁊ vili lacertoz trāsūsal'r secenk. tū p aliq̄s vilos ⁊ ramulos sbtiles delegat aliq̄ portiūcu la spūs q̄ mēbruz fuat i eē. Dato eni opposito q; oēs vie trāsit^o spūs vitalis p arterias. nālis p uenas. ⁊ aialis p la/certos viloz ⁊ chordas auferet: neče eēt q; mēbrū tende ret ad nō eē. p q̄rū eni p̄ntia ponit ⁊ saluat vita per eoz sblationē aufert ⁊ remouet vita ipa. ⁊ hec sufficere p̄nt.

¶ De stupore iuncturarum. ℞ica. III.

Rat aūt tertiū accūs supi^o tactū stupor: q in rōne formali sua ꝑpe accepti^o ipor tat nocumētū in opatiōe sensus tact^o: ut p; 2^o ter tij. c° de stupore. ⁊ colligit ēt i ea i c° de diffinitiōe trēoris

¶ Si igit cōpleta opatio tactiue potētie cōplet in mēbris per debitā tēperiē p̄marū q̄litatū ⁊ scōarū in ipsis ⁊ p p̄n tiā spūuz aialiū q diffūdunt p ul'e organū tact^o: qō est cu tis. p; q; si uariabit ꝓportio tēperaméti q̄litatū p̄dictarū ⁊ auferet aliquāta ꝓportio spūuz sensibiliū: neče erit di/

¶ Cū igit pp oppil'onē ⁊ miute ꝓduci opationē tactiuā. aut pp corruptionē tēperaméti p̄dicti ꝓtigat ꝓhiberi trāsi tū ꝓuenīētē spūuz aialiū sensibiliū. appet q; i mēbris i q/b^o acciderūt vulnera ul' ulcera accidit stupor iā p̄dictus.

¶ Ex quo appet itelligēti que sint illi^o stuporis efficiētes cāe cōpl'onales. q: pmutatio cōpl'onis mēbroz ⁊ cōpositionales. vz apostemata cōpressiones attritiones ⁊ silia.

¶ Uñ ex lꝫ fūdamēto facile pōt itelligi canon curatiōis q ꝓsistit in rectificatiōe cōpl'onis mēbroz ⁊ aptiōe oppil'o/nis ipoz ⁊ remotiōe cārū impmētiū. que oia cōpleri p̄nt vno ⁊ eodē istr^o diūsas ℏnte opatiōes ,pducē: uelut istō ℞. floz artemisie mīricarie melliloti ⁊ camomilie añ. ʒ. ℈. ysopi cālamēti pulegij origani. añ. ℳ. iij. sticados. ℳ. iij. coq̄nt oia in situlis q̄tuor aque usq; ad ꝓsūptionē q̄r/te ptis. ⁊ huic decoctiōi ifundat spōgia magna que actu bñ calida applicet ptib^o decies ul' duodecies: ita q; eger pcepit calitatē penetrauisse. tūc ergo mēbro diligēter ex/iccato fiat inunctio cū oleo de costo mediocriter calefa/cto: ⁊ muniat mēbrū pellibus vulpinis aut aliis bñ cali/dis ⁊ ita procedat usq; ad sanitatis acquisitionem.

¶ Scio ēt ego q; balneatio ēbrocatio ⁊ ifusio mēbroz stu pidoz i ags termāticis bñ cal'is auxiliū ē singl'are ⁊ exptū

¶ De tremore iuncturarum. ℞ica. IIII.

Uartuz ℣o supi^o tactū accūs fuit tre/mor: in iūcturis remanēs. ⁊ lꝫ multa speculabilia de tremore ad hūc locuz ad/duci possent: tñ ℣itas est q; mot^o tremulus ,puenit i mē bris ex pilitate pugne vtutis ad cām cōpl'onalē ul' mālē ei^o. cū eni pp excessum frigiditatis aut alteri^o q̄litatis de bilitat vt^o sustētatiua mēbroz. p; q; mēbra mouent ēt eo rū ḡuitate deorsum. vt^o ergo conat erigē mēbra ⁊ sustēta re ipsa. ⁊ cū tā adhuc pseuerat potētia mouētis ea mēbra deorsuz: ita q; ex pilitate potētie agētis ad passa orit tre/mor: q est mot^o cōpositus ex depssione ⁊ eleuatiōe mēbro rū ad uarias ⁊ diūsas dīas positiōis. ¶ Propter qō fre quēter in mēbris ulceratis iueniť tremor ,pueniēs a ma la cōpl'one calida ⁊ ficca ipsi^o tremoris effectiua: lꝫ rari^o: ⁊ hoc qdē cognoscit p actualē tactū caliditatis mēbroruz per ruborē iflāmationē mordicationē ⁊ pūctionē in eis.

¶ Et tales qdē tremulos motus curare p̄nt instra oia que vigorāt caliditatē nālez in mēbris aliq̄li sua frigiditate ⁊ stipticitate vniēdo spūs. uelut eēt aqua cineris cum deco ctione gallarum cupressi fomentata persepe.

¶ Aut oleū onfancinū cū pluē sādarace sepe iunctū.ij.ℨ. et apponēdo.ℨ.ſ.sādarace ⁊ sepe ex eo iungēdo mēbra

¶ Silr huic ꝓfert aqua uel succus andachoche cum puluere betonice roſ.⁊ sandarace.

Si aūt vir sapiēs tremorē in talib⁹ mēbris inueniret a mala cōplone frida ꝓuenietē qđ cōgscit p mēbri friditatē tactualr ꝓceptā p mēbri discolorationē paliditatē ⁊ rigiditatē:⁊ p ſ̄ q̄ semp nocet a fridis ⁊ iuuat a calis tūc de meliorib⁹ istris que repire potui.

¶ Primū est q̄ plurib⁹ diebꝫ in aurora patiēs sumat.ʒ.j. tyriace andromaci ultra.xv.ānos fermētate cū.ℨ.j.ſ.aq̄ ruthe calefacte ⁊ tardet comedē post eā hōs ad min⁹.v.

¶ 2m ꝟo ꝓncipale remediū est ut mēbra tremētia iungank ex eadē tyriaca ter uel quater in die ⁊ ꝓfricent ea.

¶ 3m ꝟo ꝓncipale de meis exptis est ut mēbra patiētia fomētenk cū pānis calis infusis i succū mꝛicarie:quā Aui.

¶ Ego aūt scio q̄ fi talia mē ⸗ uocat uchuē i p⁹c⁹.2⁹ cañ. bra sepe ꝓfricenk cū el'ario oppotra iuuamētū acgrūt p fecte ſanitatis. ¶ De ſaltu iūcturarum. ℞ica.V.

Uit aūt supl⁹ accūs gntū noiatū salt⁹ g est nocumētū corruptionis accūs in opatiōe motiua. Mouenk enīz mēbra motu eleuatiōis ⁊ depſſionis ptialiū pp aliquā uētositatē iclusā in pānicularib⁹ ptib⁹ mēbroꝝ ⁊ in lacertis ⁊ musculis ipſoꝝ. Quō eni ibidē coartat uētositas cū ipa itrinsece iclinet moueri motu recto surſuz ⁊ mēbra cū sui corpulētia ⁊ poroꝝ suoꝝ clausiōe resistāt. ꝑz q̄ uētositas vnita ⁊ fortificata ſubleuat ipetuose:ac ſi mēbroꝝ ptes violēter surſuz agitarenk. q̄re merito ſaltuose dicunk. ſic enim ſaltās ipetuose ⁊ ſbito mouet surſuz ⁊ deorſuz:ita ⁊ uētositas i mēbris iclusa ⁊ i eis agitata motꝰ dī efficē ſaltuosos

¶ Ex quo fūdamēto ꝓsiderāti appet cōplonalis cā salt⁹ q̄

¶ Appet 2⁹ cā cōpō⸗ utplrimū est mala cōplo frigida. nalis que vi eē oppilo coartatoria ptiū que ſaltāt.

¶ Appet 3⁹ cā mālis uel ſibi ꝓportionata que ē uētositas.

Et tādē ex ſ̄ fūdamēto iueniri pōt igeniū curationis qđ est cōplēdū ex opatiōibus medicinaꝝ calefactiētiū apiētiū carminātiū uētositates ēt educēdo eas ex.pp qđ de meliorib⁹ istris tria maxie iuuātia

¶ Pri⁹ē ut mēbra fomētenk cū decoctōe calamēti.⸗ iueni

¶ 2m est ut cotū ul'pāni mollesfūdank i succū ruthe ⁊ actu bñ cal'm applicek ptib⁹ ſaltātib⁹ ⁊ est remediū ideficiētis

¶ 3m ꝟo ſpāle remediū est ut mēbra empl'en ⸗ utilitatis. tur ⁊ copiose iungank cuz el'ario oyacalamēto ⁊ ꝓprie a ℣desue descripto in antidotario descriptione ſibi ꝓpria.

¶ De paralisi. ℞ica.VI.

Extū ꝟo accūs memoratū fuit palisis.⁊ ſ̄ palisis ꝓpe ſūpta iportet nocumentū ablationis ſensus ⁊ nō mot⁹ aut ecōuerſo:ita ut q̄lz palisis ipostet nocumētū ablatiōis mot⁹ ⁊ nō ſēſus ut exprimēto q̄tidie cōprobat. Aliqb⁹ enīz mēbris accidit q̄lz nō posse moueri a vtute tī posse ꝓcipe oia ob iecta tāgibilia cal'a frida g̃uia leuia:⁊ sic de aliꝭ. Et hoꝝ qđē ꝭmonū cause fūdank sup ſ̄ ꝓn⁹ qđ est alterū duoꝝ.

¶ Primū q̄ ad mēbra ptrāsit ſpūs aialis motiu⁹ ⁊ nō sensitiu⁹. aut ecōuerſo trāsit ſpūs ſenſibilis ⁊ nō motiu⁹. Et alterū ꝓncipiū est. q̄ ꝓcesſo adhuc q̄ ſpūs ſēſibilis ⁊ motiu⁹ ad mēbra delegenk ⁊ i eis reptank. tī ꝓpterea q: cōtingit corruptū eē tēperamētū quo vt⁹ mūdificat ſpūs aiales ſēſibiles ⁊ itegrū remanē ꝓncipiū quo vt⁹ modificat ⁊ dirigit ſpūs motiuos ⁊ nō ſenſibiles. ꝑz q̄ ℈m ſ̄ fundamētū acut⁹ ꝓtemplato: poterit ſoluē ꝓblema remanētie mot⁹ i mēbris ⁊ nō ſenſus in eis:aut ecōuerſo.⁊ tu ꝓsidera:q: hi ſermones sunt phīſici ⁊ profundi.

¶ Cū g̃ ꝓtiget virū ſapiētē ꝓcipe mēbra patiētia nocita eē in opatiōib⁹ ſenſus ⁊ mot⁹ ambab⁹ aut alteris ſolū. tūc ſi videbit mēbrū ꝓtinue magis ⁊ ampli⁹ extenuari ⁊ tactu ꝓcipi fridū ſq̄lidū ⁊ q̄ſi humidū. tūc ſciat talē ſpēz palisis a frigiditate ꝓueniſſe. ⁊ huic qđē applicare poterit inſtra que ſupra in ſtupore ⁊ tremore deſcripta ſunt.

¶ Et adde iſtis q̄ oleū de caſtoreo cū pinguedine leonis est remediū fere extremū:⁊ frequēs liniſtio facta ſup mēbrū cū tyriaca oyateſeron est ex meis exptis. Et ꝓsidera q̄ oleū de andachocha ⁊ ſuccus eius cū puluere agarici bullita adinuicē ſunt multū ſolēnia in hoc.

¶ De impotentia motus membrorum. ℞ica.VII.

Ro ſeptimo ꝟo accūte.ſ.p membroꝝ ipotētia ad oēs dītas poſitiōis ſbleuāda ab eis pauliſp ꝓplando ꝓcedē opz.pōt eni ſ̄ accūs ꝓtingē. ¶ Primo pp debilitatē ꝟtutis motiue ⁊ lacertoꝝ neruoꝝ ⁊ viloꝝ. ¶ 2⁹ ꝟo pōt ꝓtingē pp paucitatē iſtroꝝ motus que ſunt ſpūs motiui. ¶ 3⁹ ꝟo ſ̄ ꝓtingē pp defectū ex pte organoꝝ

¶ Debilitas aūt motiue ꝟtutis intelligi ⸗ mot⁹ ꝓdictoꝝ. pōt ex pte ꝓncipij manifeſtatiui mot⁹ ⁊ est cerebrū. multotiēs eni debilitat ipm p vīā reſolonis ſicut ꝓtingit i ſoꝛtib⁹ eūonib⁹ ⁊ vigiliꝭ ⁊ aie paſſionib⁹. Tūc qđē cuz medicus ꝓſideraꝛ has eūonū ⁊ earū ſpēs:opponet eis ꝓphībēdo fluxū ſanguis a narib⁹ cū appōne linimētoꝝ infrigidātiū exiccātiū ⁊ ſtipticātiū ſup tpib⁹ ⁊ frōte ⁊ ptib⁹ gule ⁊ cū ipōnib⁹ ſtuelloꝝ in naſo ifuſoꝝ in albumine oui agitato cū bolo ar.ſan.dra.thure mirra ſarcocolla.

¶ Immoderate ꝟo vigilie debilitāti cerebrū opponet cū decoctione papaueris albi in cibarijs patiētis exhibēdo ſyrupū de papauere. ℨ.j.cū.ℨ.ij.aque emulſionis ſeminū coium frigidoꝝ p horā poſt cibū. ēt ꝓuocak ſomn⁹ ſacile cū frequenti odore lilij aq̄tici albi uel floꝝ nenufaris Aut facilius ꝓuocabik cū odore pomoꝝ mādragore.

¶ Si aūt cerebri debilitas ꝓtigat pp uehemētes paſſiōes melicas uelut eēt ſpēs melie ꝓpe aut mania demoniaca ul'lupina. tūc cura huiꝰ debilitatis pēdet ex cura illaꝝ egritudinū. Uerūtñ de meliorib⁹ iſtris ad curā harū diſpoſitionū est adminiſtratio reginis boni nutrimēti cū cibis leuis digōnis que nutrimētū exhibeāt multū in quātitate pauca uelut carnes pulloꝝ iuuenū ⁊ pinguiū ⁊ vituloꝝ lactētiū caſtratoꝝ iuuenū pdicū ſaſianoꝝ ⁊ ſiſcium: ⁊ bonū vinū albū ⁊ ſbtile dulce cū aq̄ bugloſſe aut boraginis limphatū ſemp.⁊ tā qđā laudauerūt antiq inſtrm vnū a ꝓpetate cerebri ꝓportiuū qđ est ut aſſando coq̄tur cerebrū leporis ⁊ comedak aut ſaltē cōburak ⁊ fiat ex eo puluis g bibak bis uel ter in die cū aq̄ melliſſe ⁊ vio dulci. Per hec quidē talia cerebrū vigorari poterit.

¶ Si aūt ipotētia mouēdi mēbra ꝓtingeret pp defectū ſpirituū aialiū g ſunt iſtra motuū. tūc ſi talis defect⁹ accidat pp oppil'onē oportebit medicū itēdē ad earū aptionē reſaciēdo mēbra cū decoctionib⁹ ruthe artheмiſie ſticados mꝛicarie feniculi petroſilini ⁊ ſil'ū. aut faciēdo fricationes eq̄les ſup mēbris:aut apponēdo leues uentoſas ſup mēbris:aut ſpōgijs madefactis in aq̄ cineris cuz decoctione origani ſepe fomentando membra.

Si uero defect⁹ motiue potētie ꝓtingat pp carentiā aialiū ſpūuz in mēbro que ſequak abſciſſionē viarū p q̄s trāſire ſolebat aialis ſpūs ad mēbra. tūc ſi oia mēbra talia fuerint abſciſſa trāſūſalr nec̄tū erit q̄ mot⁹ totalr in mēbro depdak. Uerū q: vili neruoꝝ p q̄s aialis ſpūs effūdit ad mēbra plres nūo ⁊ diūſis iceſſib⁹ ſituank. hinc est q̄ raro ꝓtigit q̄ totalr mot⁹ auferak q̄n aliq̄ ei⁹ portiūcula remaneat. Et ex ſ̄ ſoluunk plra ꝓblemata. Appet eni q̄ſq̄ trāſūſalr ſectū eē neruū lacertū ul' chordā:⁊ tñ i mēbro remanē motū ptialē. ſ̄ eni cōtingit q: p aliquē vilū q remāſit leſus:aialis ſpūs ferk ad mēbra. pp qđ p ipſz viget in eo mot⁹ ⁊ ſenſus:ubi ſi totalr phīberet aialis ſpūs delegat⁹ ad mēbra neceſſe foret oio

¶ Cū g̃ ꝓtigat q̄ paz ſpūs ⸗ ſenſuz ⁊ motū in eis depdi. aialis ferak ad mēbra p quē ſaluet in eis mot⁹:ꝑz q̄ ītentio curatiōis est cū pdcis calefactiuis attractiuis ⁊ apitiuis ꝓcedēdū eē. dilatank eni ſepe mēbra dilatatiōe tāta q̄ fūdit ſpūs ita q̄ p ipm poterūt mēbra ſētire ⁊ moueri

ꝙuenięter satis. Et hic ē pūct^o p quē dedi spem ꝛ adhuc exhibeo ueniędi ad ꝙualescētiā bonā. nō tñ ita pfectā q̄/ lē ꝛ quātā hūissent mēbra absq; ipsoꝝ sectiōe ul' trītiōe.

¶ Propter qđ tria videnť mihi ꝙuentētia remedia i ꝟ no

¶ Primū itaq; ipsoꝝ ut sepe mēbra ‖ cumēto cōferētia. patiētia inungant nauali pice mediocriter cocta: que tñ appositā mēbris nō dimittat sup eis ultra horas. iiij. ne uehemēter exiccādo noceat tpis diuturnitate q̄z sui cali/ tate attrahēdo iuuet pp qđ iuent tuti^o eē mēbra pdcā lint/ ri ex oleo distillatiōis piscis q̄z ex suba ei^o qđ est de ma/ gnis secretis meis factiūb^o ꝙuenientē attractionē absq;

¶ 2^m ꝟo istr̄m ad ꝟ de meis exptis est ‖ potēti resolone. ut diu ꝛ sepe mēbra tūc inungant ex oleo amigdalarum amararū in cui^o lb. ℈. decocta fuerit. ℥. ℈. croci bñ cōtriti.

¶ 3^m ꝟo spāle in ꝟ est ut mēbra suis tpib^o sepe liniant ex succo ruthe aut pānt in eūdē infusi actu calidi ponant su per eis. Hec qđē solēnia sunt istr̄a ꝟ ultimū sit fortius p/ dictis duobus primis sicut scōm est mediū inter ea.

At uero iterū ut supꝰ positū est frequēter cōtingit ipotētia mēbroꝝ ad motū ex pte defect^o organoꝝ. ꝛ ꝟ est q: nerui aut eoꝝ vili lacerti uel chorde aspati sūt ꝛ attriti aut pp vulnera cū attritiōe facta: aut qa applicata fuerūt medicamina uehemētis caletactiōis ꝛ attractiōis. pp que māerū grossa ps ispissata est aquea ꝛ terrea resoluta est. ꝛ hoc ut in plrib^o ꝙtigit uelut i hoc ac

¶ Cū ꝙ pp duritiē talē mēbra mo ‖ cidisse manifestū est. t^o sint indispositā flexibilitati. pꝫ q̄ nequaq; pñt flecti ad dītaz positiōis nećiā. q̄ztūcūq; ēt eoꝝ motiua vt^o fortis es set. Et huic qđē nocumēto q̄nque vi: mihi solēnib^o istr̄is

¶ Et p̄mū qđē est frequēs iunctio eoꝝ ‖ puideri posse. cū oleo vulpino facto per decoctionē vulpis in aq̄ colli/ gēdo ip̄m cum supnatat ꝛ hoc est singulare remedium.

¶ 2^m ꝟo ē ut vnganť mēbra pdcā cū piguedie tassi calefcā

¶ 3^m ꝟo est ut mēbra sepe fomētenť cū liq̄re sublimatiōis međullaꝝ cruriū bouū antiq̄rū ꝛ ꝟ est excellēs iuuamētū.

¶ 4^m ꝟo est ut mēbris applicet cerotū ꝟ. ℞. armoniaci pi guioris bdelij aū. ℥. j. terbentine. ℥. j. ℈. sticados origani pulegij artemisie aū. ℥. j. croci. ℥. j. ℈. dissoluāť gūme i ace/ to albo: deide ico: penť cū. ℥. ℈. olei de granis sisami ꝛ cū sufficiēti q̄ntitate cere coq̄nť ꝛ extēdanť sup pāno ꝛ uesti

¶ 5^m ꝟo remedū est ꝟ emp'm. ℞. altee ‖ anť eo mēbra. cocte in aq̄ mellis lb. j. radicū liliorꝝ alborꝝ silr ꝑpatorꝝ. ℥ iiij. farie fenugreci se. lini ꝛ sisami aū. ℥. j. ℈. croci. ℥. ij. mel liloti camomille seminū malue aū. ℥. ℈. cinamomi. ℥. j. ℈ pistenť in mortario ultiata ꝙtritōe: ꝛ ico: penť cū alijs ꝛ fi at emp'm ex quo bñ calo mēbra emplenť. ¶ Erit igit modus ꝙuenięter applicādi talia iciptēdo a mēse nouē/ bris. admistreť p̄mū de istis istr̄is p. xv. dies. penultimū ꝟo vz cerotū admistreť p alios dies. xv. Atpe ꝟo pñti p totū hūc mēsez. pcedať cū 3^o ꝛ 4^o de pdictis instr̄is. v.

¶ Et si ꝙtigeret talia istr̄a nō hēre aut nō eē pata: tūc a pñ/ ti tpe usq; in finē huj^s mēsis iungať totū brachiū usq; ad rasetā man^o hoc vnguēto. ℞. fecis olei ỽrini: ꝛ olei liliorꝝ alborꝝ. aū. ℥. ij. fecis olei de semine lini lb. ℈. bdelij mollis ꝛ ſbalbidi. ℥. j. armoniaci. ℥. ℈. sticados peonie hermo/ dactiloꝝ floꝝ rosmarini maiorane aū. ℥. ij. cere albe quā tū sufficit fiat vnguētū molle ꝛ calidū applicet supligan/ do mēbro cotū uel lanā pinguē bñ carminatā. ꝛ per hec qđē instr̄a nō dubito satis ꝙuenięter eē ꝓpositum ꝛc.

¶ De impotentia sustentandi membra. ℞ica. VIII.

i **Am** ꝟo aliqđ dicēdū est de accīte octauo vz de ipotētia sustētatiōis mēbroꝝ. ꝛ tā qđē ꝑ hac mā recurrēdū est ad pcedēs capl̄z sic eni mot^o viget in mēbris pñtia spūs motiuitita ges vi gorať in eis pñtia spūs getatiui. Si ꝙtingit mēbra ua/ riata eē in tēperamēto suo aut in suba sua: ita q̄ spūz aia/ lē getatiuū nō recipiāť aut si recipiūt spūz illū aialē nō de articulāť ip̄m ꝛ limitāť limitatiōe getis in mēbris. tenen do eni qđ vīssimū eē credo: q̄ idē spūs aialis sit istr̄z mo/ tus ꝛ getis in potētia. efficit tñ ipse actu istr̄m mot^o: qz ta liter limitať a tēperamēto mēbri ut ad motū ꝟuiat sic idē spūs alio tēperamēto limitať ut fiat istr̄m getis. nec huic mō pbandi aliq̄ ōrtetas aut resistētia insurgit: nisi q: opz ponē in mēbris uaria tēperamēta ꝟm uarietatē exigētie opationū. qđ qđē tūdamētū nālē pbiaz nō dehonestat

¶ Cū ꝙ medico manifestū est q̄ vr^o mē ‖ nec medicinā. bra getare nō pōt. pz q̄ eoꝝ curatio sit p debitā attractio nē spūuz ad mēbra cū istr̄is quoꝝ pr'ima ꝛ efficacia ꝑce dēti cap^o pdicta sunt. gb^o ēt supaddē potes q̄ ingeniuz curatiuū ꝙsistit multū in ligatura mēbroꝝ ꝙdecēti.

¶ Cū ꝙ peripiat medicus vtutē nō posse ꝙuenięter sustēta re mēbra: cū oz ea ligare fasciculis ꝙuentib^o ꝛ ligata qe ta facē ꝛ ꝙseruare cuz appodiatione ipsoꝝ ad alia mēbra uelut huic viro sepe ꝓcessi uarijs ligaturis manuz ꝛ bra/ chiū eius ligādo ꝛ ligatas sup palmulis ꝙseruando.

¶ De spasmo. ℞ica. IX.

n **Dnū** ꝟo accīs fuit spasm^o in his mēbris frequēter iuēt^o. pro cui^o iuestigati/ one ꝓmittēdū q̄ hic spasm^o eē pōt in fieri dict^o talis. 2^o in facto eē. ꝛ glibet eoꝝ iterū pōt eē de ianitiōe ꝛ de repletiōe. Exēplū ꝑmi sic spasm^o in fieri ꝓducit ꝛ ac/ cidit pp uehemētē eūonē spūuz ꝛ sāguis in mēbris factā Et iterū hic spasmus ꝙfirmat^o uel fact^o iuenit in mēbris ꝙseruari pp eādē imoderatā eūationē quā consecuta est ꝙuo spasmosa. Silr ꝛ spasmus in facto eē frequēter pro ductus est ꝛ ꝙseruat in mēbris a siccitate que consecuta est uehemētem resolutionē ꝑuatiuā ꝛ positiuam.

¶ Cū ꝙ tingit vulnera uel ulcera ꝙcomitari spasmū fiētē tūc spēs illa eūonis nō est cohibēda. ꝛ si fuerit ꝑsecut^o re plenionē multā: tūc abscindi oz p spēs eūonis ꝛ distracti onis otūtēdo qđē mās ꝑ antipistasim. i. ōrtā positionē li gādo fricādo tomētādo uētosando ptes ꝛ flōmias admi strādo eūones mās per ōrtas ptes. Exēpli gra si fiat spas mus in dextro brachio fricent nates ꝛ spatule ꝛ applicet flōmia uene nigre sinistri brachij aut saluatelle eiusdez. Uerū in ꝟ cap^o nō facio ꝓlōgationē multā. q̄n raro cō tingit ad man^o medicoꝝ ꝓuenire spasmū in fieri siue de ianitiōe fuerit siue de repletiōe. Plurimū ꝙ qđ ꝙtigit est q: iuenit spasm^o i facto eē. ꝛ ꝟ qđē est rōnabiliꝫ ꝓcedēdū siue ꝑ mlitudinē māeꝝ hoc ꝙtigat: q: neruosa ul' lacer tosa mēbra cū iplenť ꝟm latū abbreuianť ꝟm lōgū ꝛ phi benť a dilatatiōe ꝙgrue. q̄n spasm^o est egritudo neruoꝝ ꝑ quā lacerti mouenť vsus suū ꝓnciptū ꝛ iobedientes fi unt in dilatatione. 2^a terty. in diffinitione spasmi.

¶ Si ꝙ aliqs spasm^o tā fact^o in aliq̄ ꝑticulari mēbro repiat tūc pz q̄ itētio est ꝓcedē cū medicinis mediocriter calis aptiuis dissolutiuis ꝛ lenitiuis. mēbra eni oia spasmata frida sunt. ergo debēt calefieri. opplata ꝛ ꝙstricta sunt. ꝙ apiri debēt. idurata sunt ideo lenirī debent. Cūi oia istr̄a que supius descripta fuerāt in cap^o de ipotentia motus membroꝝ huic ꝓpposito ꝙuenienter seruire possunt.

¶ Sigs aūt curiosus desideraret applicare aliq̄ istr̄a effica cia ꝑter ꝑdicta posset applicare aliqđ hoꝝ triū suo libito.

¶ Et p^m est exptū medicamē ꝛ efficacissimū qđ est oleuz de beē. calitate eni ꝛ hūiditate sua potēter lenit oēz duri/ tiē in mēbris reptā ꝛ abscindit dolorē ꝛ aufert ab eis ꝛ ꝙ

¶ 2^m ꝟo spāle istr̄m est ‖ ctionē i fieri ꝛ i facto eē reptā. ut distillenť galbanū ꝛ terbētina pōderib^o eq̄lib^o per alē bicū vitreū ꝛ eo liniant membra ꝛ sepe inungant.

¶ 3^m ꝟo spāle reme^m ꝛ min^o angustioū est ut accipiat olei amigdalaꝝ dulciū lb. j. croci ꝑueriçati. ℥. iij. sape electissi me lb. ij. bulliāť hec tria sil' lēto igne i uase eneo stagnato usqueq̄ totū vinū ꝙsumat. De illo igit oleo rebuato i ua se vitreo spasmata mēbra iungant actu cal'o ꝛ est nobile remediū. ¶ De duritie iuncturarum. ℞ica. X.

u **Ltimū** ꝟo accīs tactū fuit durities i ta/ lib^o mēbris iuēta q̄ qđē cū pluri mis ꝑdictoꝝ istr̄oꝝ pōt remoueri ꝛ ꝓprie cum

emplo ꝛ ceroto descriptis in cap^o^ de ipotētia mot^o^ mem
bꝛoꝝ.ꝛ cū qnque istꝛis ut oleis ꝛ vnguēt ꝛ sblimatiōib^o^
¶ Lū ḡ hic vir ꝓcesserit cū oib^o^ istꝛis supꝰ limitatis uariari
debē de.xv.in.xv.diebus ut 3^o^ ab hoc cap^o^ ꝓcedente vi
sum est.tūc iterū reuertat ad administrationem ordinati
uā illoꝝ instꝛoꝝ ꝓpoe icipiendo a festo natiuitatis dñi
ꝛ pmutatim reuoluendo se de instꝛis ad instrumenta.

Cōsiliū CCXLV.

De dolore iūcturarum pedum ꝛ manuum.

Agnifice dñe ut clare ꝛ distincte curationē doloꝝ iūcturarū itelligatis ꝛ ab ipsoꝝ icursu custodiri possitis deliberaui.v.per ordinem facere.

¶ Primum ostendere quare in iūcturis ꝛ maxime pedum fiunt dolores.

¶ 2^o^ i gb^o^ hoīb^o^ magis ꝛ in gb^o^ min^o^ ꝛ in quo tpe magis

¶ 3^o^ que cura erit periculosa. ⌊ gñat podagra.

¶ 4^o^ dicta de eius ꝓseruatione.

¶ 5^o^ de ipsorum dolorum cura dicetur.

Quātū ad p^m^ dic̄ Aui.q dolores iūcturaꝝ maxie mltiplicant in pedib^o^ ꝛ in anchis.cui^o^ mlt

¶ Prima situs.nā merito ⌊ tiplicatiōis cā est multiplex. situs descendūt ab alijs mēbris ad has iūcturas supflui tates:ex q̄rū retentione multiplicant dicti dolores.

¶ 2^a^ cā est:q; hui^o^ iūcture sūt rare ꝛ uacue.ꝛ iō pp raritatē ꝛ uacuitatē supfluitates i maiori q̄ntitate recipiunt ꝛ reti

¶ 3^a^ cā est:q; he iūcture sūt pluris motus ꝛ uehe ⌊ nent. mētioris q̄z alie iūcture.rōne ergo mot^o^ fit ad has iūctu ras supfluitatū attractio ꝛ ex ꝙnti doloꝝ generatio.

¶ 4^a^ cā ē haꝝ iūcturaꝝ cōplonis debilitas.iūcture eni pe dū hnt cōplonē debiliorē alijs pp distātiā maiorē a fōte caloris.ꝛ pp ꝟ alijs pib^o^ mltiplicant magis dolores po dagrici q̄z alioꝝ mēbroꝝ.eo q; iūcture pedū tā rōe cōplo nis fride q̄z rōne distātie a fōte caloris sūt mltū debiles. mēbra aūt debilia nāliter a mēbris fortibus recipiūt sup fluitates.pp qō Iuali dixit q; podagra fit i pāniculo q cir cūdat ossa pedis ꝛ maxie ledit ꝛ sepi^o^.q; hūiditates illuc descēdētes nō pnt digeri pp suā remotionē a fōte caloris

Quātuz ad 2^m^ dic̄ Aui.q aptiores hoīes ut i eis multiplicent dolores iūcturarū sunt se nes ꝛ qualescētes ꝛ patiētes cronicas egritudines.

¶ Senes qdē pp debilitatē cōplonis iūcturaꝝ pedū ma

¶ Et qualescētes potissime cū nō ⌊ iorē i ipsis q̄z in alijs. regant regimine recto debilitant ꝛ a digōne bona p̄uā tur.ꝛ ꝓpie cū nō sunt curati cū sufficiēti euacuatione.

¶ Patiētes vo egritudies cronicas q; lōgas pp silez cām q̄q; patiunt uel aptitudinē hnt:ut dolores podagricos

¶ Ipa aptiora ut i eis fiat podagra sūt uer ꝛ au ⌊ icurrāt. tūn^o^.¶ In uere qdē pp motū sāguis ꝛ humoꝝ q in pnti tpe mltiplicant ꝛ nō termiant.Ulū in hoīb^o^ aptis currūt ad iūcturas.¶ In autūno vo gñant dolores podagrici pp malitiā digōnis hūoꝝ ꝛ pp raritatē poroꝝ mēbroꝝ in estate factā.ꝛ raritatē q̄ fit i die ex calore autūni.Uijs eni dilatati ꝛ aptis fluūt magis hūores ꝛ i maiori q̄ntitate re

Quātuz ad 3^m^ dic̄ Aui.q dolores iū ⌊ cipiunt. cturaꝝ sola alteratiōe absq; eūone non pnt curari sine uehemti tiore.Nō q̄n supfluitates ille q̄ ad iūcturas solebāt currē currūt ad alia mēbra nobiliora ꝛ ibidē retinent:q̄re talis mā absq; eūone ē mltū pricosa: pp qō miat egritudinē aut pditionē aut molestiorē egri

Quātuz ad 4^m^ ex itētiōe aucto ⌊ tudinē,pducē. rū sciēdū q; potissima custodia ure sani tatis ꝙsistit ab h^o^ egritudis ꝑpuatiōe.ꝛ iō ab hac egritudi ne ꝑseruatio fit cū eūone alteratiōe ꝛ regimine ꝙuenēti

¶ Et pp ꝟ oi anno fiat eūo i uere ꝛ autūno.ꝛ ad istā eūo nē ē respiciēdū si fiat sanguis abūdātia:q̄n tūc dz p̄cedē flōmia basilice duoꝝ brachioꝝ post q̄z timet de icursu po

¶ Uerū eūo ꝙuenies ē q̄ respic ⌊ dagre i ābob^o^ pedib^o^. colerā ꝛ fla ꝛ pp ꝟ digerat mā cū ꝟ.ꝛ.sy.de endiuia.ʒ. j.geleniabin.ʒ.ſ.distēpera cū decoctiōe anisi feniculi se minū coiuꝝ ꝛ accipiat.v.ul^r^.vij.ꝛ plus ul^r^ min^o^ ꝟ q̄ appe

¶ Deide fiat eūo cū ꝟ.ꝛ.hermodacti ⌊ bit medico uꝛo. loꝝ.ʒ.j.reubarbari boni.ϑ.ij.spice.ϑ.ſ.ꝛ exhibeat cum decoctiōe p̄dcā.¶ Alr ꝛ.pulpe cassie.ʒ.ſ.agarici i fusi i geleniabin.ʒ.ſ.reubarbari boni hermodactil.aā.ϑ.j. salis gēme.ϑ.ſ.ʒʒ.ḡ.vj.spice.ḡ.ij.distēpera cū p̄dicta

¶ Fcā purgatiōe ꝙfortet mēbrū cū stipticis ⌊ decoctiōe. sic cū balaustia acatia ꝛ succo ꝟge pastoris aut plātagis ꝛ isūdant petie i dcō succo i q̄ posita sit acatia ꝛ balaustia ꝛ ponant sup iūcturas.Ue petie hnt ꝙfortare mēbrum ꝛ claudē porositates ita q; non pmittūt mēbrū recipe sup

¶ His aūt factis ꝑcipit Aui.ut exercitiū sit tē ⌊ fluitates. peratū.¶ Et opz q; euitet carnes grossas oia salsa ꝛ oia frida ꝛ hūida sic spiachia cucur.¶ Et sint cibi boni ꝛ ue locis digōnis.¶ Euitet ois repletio ꝛ ois labor imode rat^o^ ꝛ potissime sup repletionē.¶ Et opz ēt ut euitet sō nus statim assūpto cibo.q̄n est de reb^o^ multū nocibilib^o^

¶ Est ēt in hac egritudie bonū ut sepe ad min^o^ sel i mē se ꝓuocet uomit^o^.ꝛ est multū cōueniēs ut fiat ꝓuocatio urine:utēdo brodio cicerū cū decoctiōe radicū petroſ.ꝛ seminū coium.¶ Et ad sūmū ꝑseruatio ꝛ tutela ab hac egritudine nō ꝙsistit nisi in ꝓhibitione multiplicationis humoꝝ ꝛ in eūone ipoꝝ.Et iō sicut ꝙtinue fit ipsoꝝ gñatio ita sepe dz fieri ipsoꝝ eductio.ꝛ q; hui^o^ dolores potis sime gñant ex supfluitate digōnis epatis.hinc est q; ma xime opz attēdere in ei^o^ mūdificatione ꝛ eius custodia.

Quātuz ad 5^m^ est sciēdū q; doloꝝ est apt^o^ pue nire i iūcturis pedū ꝛ manuū hēt depen dētiā a duplici mā.q̄rū vna ē cala ꝛ alia frida.Cala ē co lera ꝛ frida ē fla.ꝛ ex cōmixtiōe istaꝝ duaꝝ mārū ꝛ flu xu ipsarū cātur doloꝝ q; postq̄z ē assuet^o^ oi doloꝝ podagri

¶ Et iō i cura h^o^ doloris cū aduenit ⌊ cus aut ciragric^o^. p^o^ ꝓuocet uomit^o^ q̄n ex tali ꝓuocatiōe duo iuuamēta se quunt.q̄rū vnū ē q; mā apta ad pedes ꝛ man^o^ fluē diū tiſ:ꝛ sic doloꝝ crescit ꝟ minorat mā.¶ 2^m^ iuuamētū ē:q; illa mā ꝑ pte eūat q̄re cū sūma sollicitudie ꝓuocet uōit^o^

¶ 2^o^ ꝓuocato uomitu fiat 2^a^ eūo p medicinā soluētē colaz ꝛ fla ēt respiciētē.quā medicinā ego statim ponā inferi^o^

¶ 3^o^ prouideat ut sedet doloꝝ cū his que ponā inferius.

¶ Ulti^o^ sedato dolore qō ad pedes ꝛ man^o^ currit resoluat cū his q̄ nō fortiter resoluūt:ne id qō defluxū ē idurēt ꝛ

¶ Medicia q̄ post uomitū ē ad ⌊ resoloni ieptū efficiat. ministrāda ē talis.ꝛ.hermodactiloꝝ.ʒ.ſ.pulpe cassie.ʒ. vj.reubarbari.ʒ.j.spice masticis.ʒʒ.aā.ϑ.ſ.distēpera cū decoctiōe radicū apij feniculi petrosilini aristologie lō.ꝛ ro.se.anisi feniculi se.coiuꝝ.Si vo stōc^o^ nō eēt bñ di sposit^o^ loco hermodactiloꝝ pōt poni agari.q̄n i ꝟ etiā ē silis hermodactilis ꝛ stipticitate pticipat.¶ Si vo coꝛp^o^ eēt nimis calefactū pōt uti hac medicia.ꝛ.pulpe cassie. ʒ.vj.reubarbari boni.ʒ.j.spice.ϑ.ſ.agarici electi i fusi in geleniabin.ʒ.v.salis gēme.ʒ.ſ.distēpera cū decoctione feniculi in q̄ decoctiōe bullierit.ʒ.ſ.mirabolanoꝝ citri.

¶ Hoc aūt facto in principio fiat aliq̄lis repcussio ꝛ mēbri ꝙfortatio ne mā ad locū dolentē fluat.Fit aūt huiusmodi repcussio cū medicinis fridis ꝛ stipticis que dicte sūt in 4^o^ cap^o^.q̄les sunt acatia balaustia succ^o^ virge pastoris ꝛ plāta.Hec eni adiuicē cōmisceant balaustia puluerizata ꝛ acatia i p̄dcis succis dissolutis.Nec ꝟ medicamñ lau do qō ponat sup locū sz i pte parū distāte a loco sic i cru re q̄n doloꝝ ē i pede.i brachijs q̄n doloꝝ ē i māu.ꝛ ex istis cū farina ordei pōt ꝓfici emplm qō ad idē ualebit.

Super loco vo debemus intēdere ad doloris se dationem ꝛ ad leuem resolutionem.

¶ Prima ergo medicia sedās dolorē est lana succida bul lita in oleo rosato paꝝ exꝑssa ꝛ sup loco tepida apponat.

¶ 2^a^ medicina est confecta ex pinguedine gatti ꝛ anatis ꝛ duob^o^ vitellis ouoꝝ cera ꝛ oleo roſ.

¶ 3^a^ medicina est aq̄ decoctionis uermiū qui faciūt setā.

Sedantia dolores Junturaz.

qñ ista ponit sedare dolorem podagricum.
¶ 4ª medicina est empl'm factum ex fenugreco se.lini ca momill'.z oleo roſ.melle z aceto.℔ enim ꝓfert ualde.
¶ 5ª medicina sunt folia ulmi calefacta z loco dolenti z tu
¶ 6ª medicina est hec.ℨ.cineris caulių ‖ mēti apposita. ʒ.iiij.adipis anatis olei camomillini añ.ʒ.j.misce z actu
¶ 7ª medicia ē hec.ℨ.olei yrini.ʒ.j.ſe/ ‖ cal'a apponat. nugreci farie cicer añ.ʒ.ij.mell'.ʒ.ij.vini.q.ſ.z fiat ēplʒ.
¶ 8ª medicina.ſ.qñ dolor eēt itolerabilis est hec.ℨ.opij. ʒ.iiij.croci.ʒ.j.terant ista cū lacte uaccino z cuʒ medulla panis simulaginet donec totū cum lacte incorporent'ad similitudinem emplastri z sup loco ponat.
¶ 9ª medicina est oleum in quo decocta sit vipera z est ex eis sicut ponit Auicª que sanant sanatione integra.
¶ xª medicina est oleū uesptilionis:cuⁱ⁹ modus est ist eut assumant.xij.uesptiliones decollati:z sumat ℔.j.olei antig aristologie lō.castor.añ.ʒ.iiij.costi.ʒ.ij.oia ista decoquant in aqua quasi ad dissolutionē uesptilionū z bullit aqua donec tota ꝓsumat z remaneat oleū. Istud oleū est conueniens ad resolutionem z sedationem.
¶ xjª medicina est embroca sedatiua z expta qñ rubedo z caliditas apparet:z est ut assumant lactuce oleū z galla z coquant in aceto donec dissoluant.
¶ xiiª medicina est decoctio ordei z vulpis viue in aq̄ z decoquat vulpis donec dissoluat in decoctione.deinde colet:z in colatura ponat membrū dolēs. Et pōt hec decoctio fieri in oleo sicut fit in aqua.

Medicine resolutiue z doloris mitigatiue uel sedatiue sunt iste.

¶ Et ꝑª est talis.ℨ.hermodactilorū storacis ligdē yreos masticis salue ruthe añ.ʒ.j.olei camo.ℨ.ij.cere q̄ztū suf/
¶ 2ª medicina est hec.ℨ.hermoda ‖ ficit.z fiat vnguētū. ctilox.ʒ.j.farie ordei.ʒ.j.vitelli ouox.q.ſ.z fiat empl'm.
¶ 3ª medicina est hec.ℨ.olei camomillini.ʒ.j.olei costi. ʒ.ſ.floz camo.puluerizate.ʒ.iij.cere paz z fiat vnguētū.
¶ 4ª medicina est hec quā ponit Alexāder.ℨ.cere.ʒ.v. olei camo.ʒ.ij.ſ.olei roſ.ʒ.ij.ſ.farine fabarū.ʒ.iiij.vitelos ouox nūo.v.resoluas ꝑmo vitellos crudos cuʒ farina.deide alia cōmisceant z fiat vnguētū. Oꝛ si dolor mlt̄ vigeat addat aliqd de croco z modicū de opio,uerum cum dolor sedari incipit opium remoueat.
¶ 5ª medicina est hec.ℨ.radicū maluauisci ℔.ij,fenugreci se.lini.añ.ʒ.iiij.hec oia ifunde per tres dies in ℔.ix. aque in uase enecordeide coque fortiter usq̄ ad dissoluti onē ipsarū rerū donec aq̄ redeat ad ℔.ij.reb⁹ ꝑtus bullitis in aq̄ z exꝑssis z ablectis.deinde totū hoc bulliat usq̄ ad ꝓsūptionē medietatis sic q̄ solū oleū remaneat.℔ facto iterū colabis z ponas iterū oleū ad ignē z addas de cera ℔.ſ.colofonie ℔.ſ.terbētine.ʒ.iiij.gūmi cedri.ʒ. iij.galbani optimi.ʒ.iiij.ꝓfice z utere. Hoc eni medicamē ut ingt Alexāder nō solū tumorē curat z mām resoluit.imo ēt uētris ꝓstrictionē remouet z loca iūcturaꝝ ad ꝑpriū statū reducit neruoꝝ ꝓfricatiōes aut mēbroꝝ dolores.si ī balneo aut ad ignē pungant fricādo loca sanat
¶ 6ª medicina ꝙuenies oī tpe a ꝑn⁹ usq̄ ad finē est ut sumant folia oliue z bulliāt z resoluant in oleo puro z fi/
¶ 7ª medicina ꝙuenies in ꝑncipio qñ dolor ‖ at vnctio. est uehemēs z locⁿ est calidus ē ut accipiant vitella ouorū z cōmisceant cū oleo ro.z tepidū apponat z paz cro
¶ 8ª medicina est ut sumat succⁿ paritarie ‖ ci adiūgat. z cum modico vini misceat z tepidum actu apponat.
¶ 9ª medicina est ut sumat tyriaca z liniat locus.
¶ xª medicina est ut decoquant folia caulių diligenter.z ℨ.de hac decoctione ℔.ſ.fecis aceti.ʒ.j.vitellos ouorū nūo.ij.olei ro.ʒ.j.farine ordei farine fabarū añ.q.ſ.z fiat empl'm z ꝑterant folia sil' misceādo oua z oleū z fecem aceti z sup loco dolēti apponat z sepe reponat.
¶ xjª medicina est qñ dolor eēt uehemētissimus.ℨ.croci opij añ.ʒ.iiij.panis ℔.j.cere ℔.j.olei ro.℔.ſ.crocū z opium infunde in vino.panē infunde in aq̄ z exꝑme mantbus z admisceb⁹ crocū z opiū bñ trita.z iterū oia bene teras z cōmisce adinuicem z loco apponant.

Hec sunt que debēt fieri in ꝑparatiōe z curatione doloꝝ iūcturarū. Uerū qz huiⁿ⁹ dolores redeūt q̄si ꝓ oi fordinatiōe regimis a qua nō potest cauē. Jdeo ꝑter hec que dicta sūt ad ꝑfectā hoz dolorū curationē iuenerūt opifices huiusmodi medicamē perfecte curās si per itegrū annū ꝓtinuet per modū q dicet Modus aūt est iste ut de hoc medicamie qō scribet statim accipiat de mēse ianuarij dieb⁹ qnque die post diez quātitatē. ℨ.ij.de mēse februarij sili mō.de mēse vo martij accipiat duob⁹ dieb⁹ eadē quātitate die post diem.de mēse aūt maij det eadē quātitas dieb⁹trib⁹ die post diē. de mēse vo iunij det die vno solo.de mense aūt iulij det duob⁹ dieb⁹.de mēse vo augusti det vno die. de mense aūt septēbris det duob⁹ dieb⁹.de mēse vo octobris det duob⁹dieb⁹.de mēse vo nouēbris det duob⁹diebus.de mēse aūt decēbris det duob⁹dieb⁹ z sic p mēses.xij.compleant dies.36. Opz tñ q ℔ medicamē biberit abstineat ī toto anno a carnib⁹porcinis leporinis fungis sinapi z caulib⁹. Lauet sibi pedes ī aq̄ cal'a marina z oleo iungat
¶ Medicamē aūt est istud.ℨ.reupōtici.ʒ.j. agarici.ʒ.ij. fu.ʒ.iij.petro.macedonici.ʒ.iiij.meu.ʒ.v.ꝙpicon.ʒ.vj. gētiane.ʒ.vij.aristologie.ʒ.viij.cētauree.ʒ.ix. Hec oia poptime puluerizent z misceant. Dosis sit.ij.ut dictū ē. Et accipiēs ℔ medicamē abstineat ab oib⁹legumibus z maxie fabis. Et nō comedat capita piscū nec cācros nec ostreas nec sepias nec bletas neq̄z q̄ dcā sūt parū añ tē.

Cōsiliū CCXLVI. De dolore iūcturarū z ꝑncipal'r in genu.

Enerādus in Chio pi dōs abbas de carceribᵇ paulo añ molestatⁿ fuit doloribᵇ iūcturarū z ꝑncipal'r in genu z in pede dextris. Et manifeste itelligi pōt mālē cām illoz fuisse mām flaticā mucillaginosam que cum ista erat colē rubee que ꝑ magnā actiuitatē eiⁿ calefaciendo z dissoluēdo fla illō fecit uelocis penetratiōis z ꝑfundatiōis in mēbrū. Hoc aūt totū appuit ex uelocitate tumefactiōis mēbri z resolōnis illius actualis ibidē ꝑcepte cū mollitie ptis sine duritie z tensione magna.
¶ Et qō mā gdē ꝑpulsa fuerit a uena chili descēdente in quātitate satis ampla.mā eni magne quātitatis nō potuisset ita cito collecta z trāsmissa fuisse ad iūcturas ꝑdcas
¶ Credēdū ēt est mām illā ꝑnci/ ‖ per uenas angustas. piū sue gīiationis habuisse in epate ab aliquāta ipsiⁿ⁹ debilitate aut ciboꝝ frigidoꝝ z colericoꝝ assumptione.

Propter quā cām vi q ꝓsiliū ꝑseruatiōis eiⁿ ab icursu ꝑdictoꝝ doloꝝ fundamētuz accipiat septē intētionib⁹ z instris statim subsequētibus.
¶ Primū itaq̄z est q in cibis eiⁿ a fridis z hūidis multo z frequēti usu uelut sūt spinachia bleta lactuca endiuia portulaca cucurbita cucumeres z sil'es.a lacticinijs cibis abstineat.sil'r ēt abstinē dz a multo usu viscoſoꝝ ut paſtiliū piscių z ꝑpe elixoꝝ z ꝓsiliuz. Cibi ēt cū acutis artificial'r cōmixti ꝓbādi sūt ut frequēs usus aromatū sinapismi cepe raphani z ꝓsiliuz. Jtē mulⁿ⁹ usus apietū ualde euitādus est uelut feniculi petrosilini aniū sparagi cimini z alioꝝ. Etiā leguminū usus dimitti dz qm grauat iuncturas z ꝑpe dolores pedū. Aceti aūt acuti z cuiuscūq̄ rei ualde acris frequēs usus nō est laudādus.imo iterpolatiz z raro de eis acciptēdū est. ¶ Uinū vo eligi dz rubeū ul' ſbrubeū z nullo mō acre ualde nec dulce:ℨ mediū inter ℔ odore aromaticū ſuba clarū z mediocris fumositatis. Cui tñ si potēⁱ⁹ eēt aliqd aque cōmisced̄ū eēt ut saltē q̄rta ps. ¶ Carnes vo eligende ab eo sunt mediocriter pigues iuuenileꝝ z mediocris digōnis.z meliores eis sūt carnes aialiū que tñ in ago nō fuerit nutrita. Oua vo ei

p̄parationis mō placēt. Caſeo mediocriter molli ⁊ leuis ſalſedis uti pōt. Fructuū v̄o recēttū ⁊ crudo^{r} non placet uſus. ℞reter hec aūt i cibis ⁊ potib^{9} utaf alijs mō ſuo.

℄ 2^{m} v̄o iſtī^{m} ſue p̄ſeruatiōis eſt ut poſt medietatē mēſis futuri. 1440. vno mane hora. xiij. faciat ſibi fieri flōmiā de ſaluatella dextre manus poſita iter digitū auricularē ⁊ annularē p quā educant ſanguis. ℨ. iij. deinde geſcat a motib^{9} p;greſſiuis ſaltem per vnam ſeptimanam.

℄ 3^{m} inſtī^{m} eſt ut mane imediate ſequēti poſt flōmiā acci piat ℔ digeſtiuū hora. xj. uel. xij. calefactum ⁊ poſt ipſum tardet cibū p q̄tuor horas. Cui^{9} deſcriptio. ℟. ſyrupi de calamento. ℨ. ſ. mellis roſati cū foljs p̄collati. ℨ. j. aque betonice cicoree. aā. ℨ. j. ſ. miſce.

℄ 4^{m} inſtī^{m} eſt. ut poſtq̄ acceperit ſyr^{m} p̄fatum per octo dies: tunc die nona imediate ſequēti accipiat ℔ leue ſo lutiuum. ℟. elarij indi. ℨ. ij. ſ. elarij roſati. ℨ. j. miſce ⁊ biba tur totū cuz medio cyatho aque ordei calefactum cū çuc caro: poſt q̄ tardet cibum per vnam horam.

℄ 5^{m} inſtī^{m} eſt. ut poſt eūonē p̄ſcriptā utaf linimēto ſtra ſcripto ad ꝓhibēdū fluxū ⁊ receptionē māez in ūcturas in q̄ ꝓuenit fere vnīuſa ſnia medico^{r}. ℟. olei oliuaz an tiqui. ℨ. iij. aceti al. ſatis acuti. ℨ. j. ſalis cois modicū torre facti. ℨ. vj. vini aromatici uetuſti. ℨ. ſ. terank oia ſil' i mor tario lōga ꝓtritiōe ⁊ cū ℔ linimēto iūcture ſup q̄s eſtima tur euēr^{9} doloris leui ꝓfricatiōe ſaltē in die ſel' q̄n uadit ad lectū ꝓfricari debēt: ⁊ ptes circūſtātes cū ipo medio criter calefacto iungank: ⁊ circūligek locus cū pānis line is ⁊ ligatura bone adheſiōis: q̄ tū excludat oēm dolorē.

℄ 6^{m} inſtī^{m} eſt ℔. ℟. aloes epatici. ℨ. iij. pl'pe collognitide z. j. artetice ỹreos arthanite. aā. ℈. j. reubarbari elci. ℨ. j. agarici. ℨ. ſ. maſticis. ℨℨ. croci dauci aā. ℈. ſ. pluerizenk oia p ſe ⁊ ifundank in. ℨ. iij. ſucci ciclamis aut p̄mule ue ris duz hēri poterit ⁊ ponank in furno poſt exctionē pa nis in catino rudi. i. nō vitreato uſqueq̄ ꝓſumak ſuccus ⁊ uehemēter agitādo ſcorporenk ⁊ reponank item in fur no uſqz ad ꝓuenientē exiccationē. ⁊ ita fiat trib^{9} vicibus uſqz q̄ medicia remanēs bñ viſcoſa fiat ⁊ tenaz. De hac v̄o mā formenk pill'e ꝑ oi. ℨ. vj. de qb^{9} accipiat oi 5^{a} ul' 6^{a} die vnā paz añ cenā. Et itez de eis accipiat hora p̄ſcri pta oi 3^{a} die. i. tpe q̄ ſumit digeſtiuū ſup̄ſcriptum. Et pōt adhuc de eis accipe. ℨ. j. oi mēſe ſemel obſuādo poſt eaz horā ⁊ ꝓditiōes ſup̄ declaratas in inſtro q̄rto p̄ncipali. Neq; enim dubito in pillis iſtis eē v̄tutes potētes in di uertendo ⁊ eūando mās colericas flaticas mucillagino ſas ⁊ aquoſas que ut in pluribus p;cipitari ſolent: q̄ manifeſtū eſt intelligenti virtutes cōponentiū eas.

Cōſiliuz CCXLVII. De dolore iferiorū ūcturaz gēuū ⁊ pedū cū ipotētia mot^{9} p;greſſiui ⁊ ſuſtētatiōis toti^{9} corporis a mā gdē flatica mixta cū colera acuta ꝓuemēte.

Gregius utriuſq; iuris doctor dñs Rolādus de pi ſis laborat diſpōne que eſt dolor iferiorū ūcturaz genuū ⁊ pedū cū multa laſſitudi ne debilitate ⁊ ipotētia debiti mot^{9} p;greſſiui ⁊ ſuſtētatiōis toti^{9} corporis. ⁊ hec gdē diſpō ꝓuenit a dñio māei flegmatice cui cōmiſcef cole ra ſubtilis ⁊ acuta multiplicata in epate eius ⁊ a gñatio ne fuit calidū ⁊ ſiccū: lz ꝓmutatum ſit ad lapſum fridum ⁊ humidū ꝓpter aliquā de cauſis inantientibus ſicut fluxus ſpontanei uel artificiales aut immoderatus coitus uel longa abſtinentia: ⁊ ſic de alijs.

℄ Demōſtrāt aūt. h. lapſuz epatis euidētie plime. ℄ ℞ri^{a} eſt mollities toti^{9} corporis. ℄ 2^{a} eſt pulſus puitas ⁊ leui tas. ℄ 3^{a} eſt urinaz caropū emiſſio quaz color eſt ſicut co lor lane lote pectinate ⁊ ſba parū eſt groſſa mucillagino ſa flate multo plena ⁊ ſic de alijs. ℈t bonū fuit q̄ virtus trāſtulit mām ad iferiora magis q̄z ſi mā vi nāe ꝓpulſa fuiſſet ad ſuꝑiora aut remāſiſſet in epate ⁊ urinalib^{9} vȳs in quibus potuiſſet grandia efficere nocumenta.

Ex iſto fundamēto clare appet q̄ſr iſte eximi^{9} doc tor ſit regēdus idiget eni māſione ⁊ aere ad cal'm ⁊ ſiccū ſclinatis: ⁊ ſic de alijs reb^{9} nō nālib^{9}. vñ caueat ſibi a cibis fridis ⁊ humidis uelut piſcib^{9} multis ⁊ ꝑe elixis a ſpiachia bleta cucurbita porzulaca ⁊ cibis lacticineis ⁊ a carnib^{9} antigs difficilis digōnis ⁊ ab uſu fructuū hūidoz actu ⁊ potētia. Oēs eni fructi^{9} ei ſūt vitu perabiles. ꝓter amigdalas ficꝰ ⁊ alios fructi^{9} cal'os ⁊ caue at a potu aque fride ſimplicis. uel ipa cōmixta cū vino nō eſt ei inutilis ⁊ melioꝛ eēt ſibi aq̄ mellis fcā ex. xv. lb. aque ⁊ vna lb. mellis ꝓpta 3^{a} pte duab^{9} remanētib^{9}.

℄ Be reb^{9} etiā deteriorib^{9} eſt ei multitudo motus, pgreſſi ui ⁊ exercitū q̄libet oī tpe ⁊ maxime poſt cibū ⁊ inter reliqua nulla nocibiliꝛ res eſt ei q̄z coitus.

℄ Vinū aūt eius debet eſſe colore rubeum ſapore ꝓuenti ens declinās ad aliqualem pontitatem ⁊ nō ad excellē tem acredinem uel dulcedinem.

Be rebus autem medicinalibus ſex videntur mihi neceſſaria huic viro p;ſeruatiua eius a caſu in deteriorem lapſum.

℄ ℞ri^{m} eſt q̄ ipe purget i ℔ mēſe martij q̄s citi^{9} eſt ei poſſibile ſm hūc modū. ꝓmo q̄ vno mane accipiat potū. ℟. eupatorij aque abſinthij aā. ℨ. j. ſ. agarici elci. ℨ. j. reubarbari. ℨ. ſ. ſpice nardi. ℨℨ. aā. ℈. iij. ſal' gēme. ℈. iij. ſucci roſaz. ℨ. j. ifundank medicia pluerez ſtiles in aqua ⁊ i ſuco cal'is p vnū diē nālē. ℄ Idane v̄o circa decimā horā ca leſiāt ⁊ colenk ⁊ uehementer exp̄mank ⁊ illa colatura bi bak bñ cal'a poſt quā ipe dormiat p horaz ⁊ nō comedat niſi trāſiuerit hore ſex. ℄ Die v̄o ſequēti imediate hora p̄ſcripta accipiat hūc potū cal'. ℟. ſyr. de eupatorio. ℨ. ſ. aq̄ ỹpiconis. ℨ. iij. miſce quē ꝓtinuet p octo dies. ℄ In na v̄o die ſequēti accipiat iſtas pillas. ℟. pillaz de ſarcocolla. ℨ. ſ. pillaz fetidaruz. ℈. j. accipiat eas hora p̄ſcripta obſuādo oia q̄ ſcripta ſūt obſuari debē poſt p̄mū potū.

℄ 2^{m} v̄o reme^{m} q̄ uti debet eſt ℔. ℟. aloes abluti. ℨ. ij. bdellij pulpe collognitide aā. ℨ. ſ. cinamomi florū eupatorij. aā. ℈. vj. ſalis idi. ℈. iij. cū ſucco roſaz fiāt pill'e de oi. ℨ. vj. de qb^{9} poſt purgationē accipe pōt vnā oi fine qnq; diez i aurora. ⁊ ipis ēt uti debet q̄n accipit ſyrupū ſup̄ſcriptū ⁊ ꝓprie ſi uenter eius nō eſſet bene largus.

℄ 3^{m} v̄o reme^{m} eſt hoc. ℟. ℊnoz fiſticoruz. ℨ. iij. cinamomi electi ligritie aniſi. ℨℨ. aā. ℨ. j. artetice ℨ. j. ſ. infundank fiſtici in aq̄ ỹpiconis cal'a per duos dies nāles poſtea ulti mate terank ⁊ coquank cū lb. ſ. ſuccari albi ⁊ additis ſpe ciebus fiat confectio in fruſtis. ℨ. ſ. de qua iſte vir ſemp accipiat ante cibum fruſtum vnum.

℄ 4^{m} v̄o remedium eſt hoc. ℟. olei oliuarum antiqui q̄z magis eſt poſſibile. ℨ. iij. ſalis cois modicū torre facti. ℨ. ſ. ſandarace. ℨ. j. terank ſimul in mortario ultimate ⁊ cuz hoc iungantur per dies. xxx. uel. xxxx. bene omnes iuncture leſe bene calido ⁊ leuiter confricando.

℄ 5^{m} ſpāle remediū nēciū eidē p;o rectificatiōe ſui epatis. ℟. oli de abſinthio oli nardini ⁊ de maſtice. aā. ℨ. j. floz abſinthij eupatorij ſquinānti ⁊ calami aromatici. aā. ℈. j. trociſcoz dyarodō. ℈. ij. cere albe. q. ſ. fiat vnguētū molle de quo tota regio ſub coſtis dextre ptis ⁊ tota ſpina a ſpatulis iferi^{9} per totū mēſez aplis iungank actu cal'o ſup ponēdo pannū calidū tincte guminoſe ſuffumigatum.

℄ Ulti^{m} reme^{m} neceſſariū eidē p;o ꝓfortatione capitis ei^{9} eſt hoc. ℟. macis. ℨ. j. ſ. garioſiloz cubebaruz aſſari ſtica dos. aā. ℨ. ſ. maiorane. ℨ. ij. fiat oīuz per ſe ſubtilis puluis. deide cōmiſceank. Be hoc igit puluere ſupaſpgak ꝑ anterioꝛ capitis nominata caluaries per totū menſez aplis omni ſero aut ſaltē omni alterno ſero ponēdo de eo q̄ſti tatē gnque uel ſex granorū ordei: ⁊ erūt ei omnia utilia que in ſui ſalutem dirigat altiſſimus ad laudes ei^{9} amē.

Conſilium CCXLVII. De dolore artetico.

Ommendatissima

c domina uxor honorabilis viri ꝑ Melchi sedech laborat doloribus iuncturarum qui proprie artetici denominari debent ⁊ pambulāt per diūsas tūcturas ⁊ maxime iferiores. ut nūc per pedes per genua ut in plurib^o. Aliquādo vo superiores iuncturas inuadunt licet raro.

¶ Et sicut apparē pōt ex nāli cōplone ei^o hi dolores ꝓuenīūt a flate mucillagioso ⁊ aq̄so que mobilitank ⁊ fluxibiliores fiūt cuiusdā māei colerice pticula que cōmiscet eis. ⁊ pōt hoc satis uerificari q: hi dolores satis cito poxis māt ⁊ euenīūt. ⁊ cito ēt resoluunk neq; tumores faciunt uehemētes. Si enīz mā grossior eēt: nō ita cito flueret. ⁊ dū fluxa est non ita cito a mēbro remouerek ꝑm magnā eox ptem. ⁊ q: mā satis subtilis ⁊ penetrabilis esset satis essentialr ⁊ accītalr ēt ꝓpter colerā cōmixtā supra. ideo aliq̄ eius pticula remanet in mēbris ꝓfundata. pp qō in ꝑdictis mēbris diu remanet laxitudo ⁊ doloris spes aliquāta. Ex qb^o oib^o apparet q: regimē ei^o sustētari debet sup electiōe ciboz ⁊ potuū ꝓsequēter medicinaz que habeāt ꝓhibē gnationē māex flaticaz: ⁊ ꝓsumē ⁊ exiccare mās flaticas iā genitas ⁊ aperiēdo uriales vias ⁊ poros mām diuertē ne fluat ad tūcturas. Mā de igenijs curatiuis doloz tūcturarū oiuz solēne est itēdi ad ꝓuocādum urinā: qm̄ per ipaz educit mām que est cā efficiēs doloruz taltū. qm̄ mā talis est supfluitas scde digōnis que in epate est. Ūñ 22^a tertij. tractatu 2^o. cap^o 2^o. de causis curatiōis doloris tūcturaz. Prosunt admistratiōes solutiue medicie. ꝑcipit Auic^a admistrādū eē ꝓuocatiua urie. de siccat māz doloz tūcturaz. qm̄ ipa sicut scis est. i. fit ex supfluitate digōnis scde que est epatis ⁊ uenaz ⁊ ꝑpe i podagra cala. Que aūt ⁊ q̄lia debēt hec eē ꝓuocatiua sunt radices fenicli petrosilini dauci ⁊ apij. In cā frida semē endiuie cicoree scariole ⁊ q̄tuor se. coia in cā cala. doctoribo^o claris̄simis regētib^o eā ꝑticulari^o discutiēdo relinq̄.

Medicinale

aūt regimē hui^o uenerabilis domine multū ꝑticulariter discuti endū esset. uerūtn q: nūc instat dierū canicularū tpus ⁊ estas est feruentis calitatis ⁊ ficcitatis absq; itermissione pluuiarū ⁊ abundātie aque tpis ⁊ aeris ꝓsistentia multū supflue corpora resoluunt ⁊ debilitāt. Ideo videt mihi huic mulieri ꝓuidendū esse cū gnque intentionibus.

d **Epoſita igitur** ea theriaca que abſq; feris confi cit:ea vo aſſumpta que cum feraruꝫ carnibus cõponit:diſputãduꝫ puto que nam ſit ea fera ex qua theriace pficit cõfectio. Et cum latini fere oẽs qui de re hac aliq̃d dixerũt:peccatum aliq̃ꝫ lꝫ alter altero grauius:de liquerint iccirco in ꝓmis rei ueritas diſcutiẽda.qua diſcuſſa eorum peccata facile erit corrigere. Huius igit in dagationis initium hinc accipiẽdum puto.videlicet vn de nam cognitio fere theriacã ingrediẽtis mutuãda ſit. an videlicet a noſe theriace ſeu theriacaliũ paſtilloꝫ:uel potius ab aliquo alio ſumi debeat. Dicimus ergo q̃ nõ a noſe theriace nec paſtilloꝫ theriacalium ꝓfatũ animal cognoſci ualet.per illa enim noſa ſolum accipimus ferã: per hoc nomẽ grecum θηρίον. thirion ſignificatam.θηρίον. thirion enim grece latine fera.hec autez cognitio nimis generalis eſt:niſi que ſit illa fera dignoſcat. quare lꝫ euitãde importunitatis cauſa ne etiam nimis in nomine curioſus videar:hoc cõcedat:q̃ a cõponẽte hec noſa quodã modo ſumpta ſint:nõ eapropter ab illis noſibus plena ipſius aialis theriacam cõficientis habebit cognitio.ſed generalis ſola. Ab alio igit neceſſe eſt ipſum plene cognoſcere aial q̃ a noſe theriace uel theriacaliuꝫ paſtilloꝫ.eſt enim ut dixi nimis generalis cognitio que ab illis noſibus cõceſſa eſt.ſed ſpecialis ac plena huius animalis cognitio a prefatoꝫ trociſcoꝫ compõne ſumitur. Sapiẽtes enim eos cõponentes trociſcos non generali cõtenti ſunt noſe:ſed nomen aialis ꝓprium liquido expreſſere.dicẽtes.Accipe vipas.Dioſcorides enim ſcripſit.⌊ Vipe caro cocta ſi comeſta fuerit ⁊c̃. ⌋ Et parum poſt.⌊ Oportet aũt poſtq̃ decortaueris ipſam abſcindere caput ꝛ caudam ⁊c̃. ⌋ Plinius etiã dixit.⌊ Fiunt a vipera paſtilli qui theriaci uocant a grecis. ⌋ Galenus etiam ad Pãphilum ait.⌊ Panticuli vo theriacales ſic conſtruunt.accipe echias ſtauas. ⌋ echis enim grece ꝛ echidna vipam ſignificat. De cõmoditate etiam theriace poſt ſquilliticos panticulos dixit.⌊ Deinde poſt hec oportet accipe echidnas quot ſufficiãt ⁊c̃. ⌋ Joãnes etiam Serapionis filius ſcripſit.⌊ Factura trociſcoꝝ de viperis. quãdo nos recedimus a relige ſpeciebus ſerpẽtum eligimus ex eis genus noſatum vipa. ⌋ Raſis etiã in Almãſore ait.⌊ Trociſci de viperis.ſumant vipere femine. ⌋ Auicẽna etiam q̃nto ſui canonis libro.⌊ Ars trociſcorũ de vipis. Accipiant vipe cum eſt finis ueris. ⌋ Ex quibus ligõ patet non ferã in genere ex eorum cõpoſitione ſed vipas in ſpecie ſumẽdas ꝓceptum fuiſſe. Quare a trociſcoꝫ ꝛ theriace compõne nõ a theriace nomine ſiue theriacalium paſtilloꝫ aial theriacam ingrediẽs cognoſci debet.per illoꝫ enim cõpõnem vipam.ꝛ per illorum noſa ſolum feram cognoſcere ualemus. Ut igit dignoſci poſſit que ſit vipa:ꝛ ab alijs diſcernat ſerpẽtibus de ipſis ſerpentibus neceſſe eſt pertractare.

¶ De diuiſione trium nominum.ſ.aial.fera.ſerpẽs.ꝛ de triplici animalium uenenatoꝝ naturali gradu:ꝛ alijs diuerſitatibus uenẽni ab accidentibus ſumptis.

e **Am de ſerpentũ** ſpecie bus ut ex ceteris ſola eligat vipa diſputandum ſit: ad horum certã doctrinã utile fore exiſtimo quorũdam noium diuiſiones in ſerpẽtis nomen terminantes:ꝛ ſerpẽtum in gradus diuerſos partitiones prædocendas eſſe. Dicimus igit cum Ariſtotele cum alibi pluries tum libro de aialiuꝫ partibus:q̃ aial ex parte ſui motus quadrupliciter diuidat.in greſſibile q̃ pedibus gradit ut homo.in uolatile q̃ alis uolat.ut palumbes. in natãtia ut piſces.ꝛ in reptile animal q̃ uentre ſerpit abſq; pedibus.q̃q̃ a natura cõceſſum fuerit vnum aial duobus poſſe uti beneficijs. Depoſitis igit tribus ſolũ reptile nre nunc ſit cure. Dicimus etiã q̃ aial aliud fera dicit.alia aialia cicures ſiue nõ fere. Fere dicunt animalia que dentibus uel ictu in alia ſeeuiũt aialia. Non fere vo cõtrarie.mãſuetudine enim quadã a natura predite ſunt. Fera etiam diſtinguit.nam alia eſt que uenenata dicit.ut baſiliſcus.aſpis.vipera:que humane nature ac aialibus ueneno infeſta cognoſcunt. Alia vo ſine ueneno ut leones canes non rabidi. Fera uenenum habens alia eſt reptilis ut aſpis.alia vo alio incedens motu. ut ſcorpio lacerta ꝛ ſimilia. Reptia ſunt ea que ſerpentes alio uocant nomine.de quibus ſolis alijs abiectis habẽdus eſt ſermo. Hec igit nomina.animal.fera.ſerpens. ꝓm magis ꝛ minus cõmune ſe habẽt adinuicem. Nam ſub aiali eſt fera.ſub fera autem eſt ſerpẽs. ſub ſerpente autem plures ſunt ſpecies:de qbus nunc agendum eſt. Jd autem q̃ de ijs ſerpẽtibus anteq̃ ad vnam quãq; earum fiat acceſſus pertractãdum puto:ſunt eoꝝ in ueneno gradus diuerſi. Sunt enim nõnulle que ad tres uſq; horas poſt ictum necãt.ꝛ hic ꝓmus uenenatorum dicit ordo.ut baſiliſcus.aſpis.ꝛ alie plures. Sunt ꝛ alie que paruo admodũ aut nullo nocẽt ueneno.ut anguis in italia.qui cum morſum uenenatũ non habeat ira concitatus ſit uenenatus.in quo etiam genere nõnulli ponuntur dracones qui ſolo morſu vulnere potius q̃ veneno uel forte pauco nocẽt.ꝛ iſte ſit ordo tertius. Secũdus autem inter hos terminos medius earum eſt que uſq; ad ſeptimam horam differũt necem ut in dicẽdis fiet manifeſtum. Hec igit ſit ſerpẽtum a ꝓpria natura ſumpta diuerſitas. Non paruam quoq; ab alijs q̃ a ꝓpria natura ſerpẽtes in gradibus uenenorũ capiunt diuerſitatem.ſi cuti a regione loco ſexu.animi paſſionibus. repletione uel inanitione.tempore anni. A regione qdem ꝛ loco. quoniam loca montuoſa aſpera ꝛ regio calida nimis uenenoſiſſima ꝓducit animalia.de hoc enim Ariſtoteles octauo de hiſtorijs animalium libro dixit.⌊ Morũ etiam diuerſitatem loca efficiũt.ut montana ꝛ aſpera ſuas beſtias reddũt ꝛ aſpectu efferatiores ꝛ viribus robuſtiores q̃q̃ plana ꝛ molliora. ⌋ ꝛ parum poſt hoc.⌊ Anguiuꝫ quoq; ictus per loco plurimum differũt.aſpis enim anguis ex quo medicamẽtum illud putrificum cõponunt in affrica gignit cuius ictui nullum remediũ eſt. ⌋ Cornelius etiam Celſus libro qnto cum de aſpide,ceraſte,dapſade,emoroide,chelindro,locutus eſſet:ſubiunxit. ⌊ Verum hec genera ſerpẽtum ꝛ peregrina ꝛ aliquanto magis peſtifera ſunt:maxime que eſtuoſis locis gignunt.italia frigidioreſq; regiones hac quoq; parte ſalubritatem habẽt q̃ minus terribiles angues edunt. ⌋ Strabo etiaz ingt.⌊ Animalia quoq; ſua habet ichneumonem ꝛ egiptiam aſpidem:que ꝓprium quiddam habet præter alias aliorum locoꝝ. ⌋ affrica enim animalia producit uenefica que alibi uel paruum uel nullum habent uenenũ.ꝛ hoc ſuo cõtingit caloris feruore.de quo Lucanus inquit.⌊ Vos quoq; qui cunctis innoxia nomina terris. Serpitis aurato nitidi fulgore dracones. Letiferos ardens facit affrica. ⌋ A ſexu.quontaz maſculi ſceuiores ſunt feminis.lꝫ forte feminæ pluribus dentibus plura infigãt vulnera. A repletione vo ꝛ inanitione quoniam que ieiune ſunt pnicatiores ſunt.inde Celſus.⌊ Illud ignorari non oportet omnis ſerpẽtis ictum ꝛ ieiuni ꝛ ieiuno magis nocere: ideoq; pernitioſiſſimi

sunt cum incubāt. ¶hac etiam de causa vipere quas ad pastillos uenant theriacos incarcerari minime debent. sed capite ijs mox interfici. Ab anime vo passionib⁹ eo g irati maiori inficiūt ueneno. inde ℙlinius. ¶ Anguis qui de sui natura minime uenenosus est cum ira concitat uenenatus efficitur. ¶capit autem hic anguis non p ut cōmune nomen est ad serpentes: sed pro vna serpentum specie hominibus satis familiari. ijs itaq; in cōmuni quodam sermone de serpentibus pertractatis: ad vnā quāq; speciem nunc descendēdum est. eas tamen sic discutiēdo ut intranea ⁊ externa disponant accidentia. vo co autem intranea ea que serpentis corpori insunt. externa vo accidentia hos uoco effectus quos extra in alienum ab eis efficiunt corpus. Adducam etiam nomina que latinis familiaria sunt lz forte a grecis tracta. Corrigam quoq; ea nomina que in libris arabicis in latinam deducti sunt linguam corrupta reperiunt. non ptereundo etiam quin eos corrigam auctores qui idem animal diuersis nūcupatum nominibus vitio forte quādoq; in terpretum diuersa esse putauerūt animalia. Jis enim satis ad ulteriora fiet accessus. Nec mirek quis si de solis hic agam serpentibus: phalāgias scorpiones lacertas rabidum canem ⁊ talia pretermittendo. non enim de omni uenenato agere est mihi mens animali: sed de serpētibus solis. ut eam serpentis speciem eligere ualeamus ex qua illa gloriosa theriaca confecta fuit a senioribus.

¶ De serpentum notitia ex signis exterioribus ⁊ interioribus sumpta. Et primo de basiliſci notitia.

Aſiliſcus serpens est a regis nomine nomen assumēs b βασιλεύς enim grece rex latine. hic enim regali nomine: ueneno: ⁊ scribendi ordine: ceteros merito aūcedit. Interiora signa. Color eius ad nigredinem ⁊ citrinitatem declinis. super caput: qō caput habet acutum: maculas in modum diadematis habet candidas. habet ⁊ oculos rubeos. longitudo inquit Solinus semipedalis. Auicēna vo dixit esse duorum palmoruz. Externa signa. Omne animal sibi propinquuz terrek ⁊ stupefit. immo sibilo ⁊ visu certa interficit distantia. morsu etiam ⁊ tactu necat. olim lancea quispiam eum tangens: ueneno lanceam subeunte mortuus est ipse ⁊ equs: eo milite equm tangēte. cuz vo momorderit animal morik statim corpore liquefacto ⁊ inflato. Quin etiam morik tangens ab eo mortuum animal. immo qō plus est terram poluit ⁊ exurit. herbas extinguit. arbores necat propinquas. auras corrūpit. ita ut aues illac uolantes decidāt ⁊ pereant. Dicitur g media parte serpit: anteriorem medietatem excelsus deferens ℳuſtelle sole ijs obstant. tunc potissime cum esu rute a ueneno se tueank. lz hoc de aſpide alij dixerint. Nascik in cirenaica libie prouincia. De hoc serpente Lucanus inquit. ¶ Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes. Ante uenena nocens late sibi submouet omne: Vulgus ⁊ in uacua regnat basiliſcus harena. ¶Et alibi. ¶ Quid prodest miseri basiliſcus cuſpide muri Transactus. uelox currit per tela uenenum. Jnuaditq; manum quam protinus ille retecto: Ense ferit totoq; simul demittit ab armo. ¶ Plinius libro. 29. dicit olfatu interficē ⁊ euz serpentes fugere. De hoc etiam serpente Nicander poeta grecus libro theriacorum metro scripto: cecinit. Et plurimi tam philosophi q̄z medici ⁊ Galenus ⁊ alij de hoc scripsere serpente. Et est de pmo uenenatorum genere primum animal.

¶ De notitia serpentis dicte cathoblepas.

Cathoblepas quasi deorsum aſpiciens serpens est. Interna. Eius longitudo p̄m Auicēnam est a cubito vno usq; ad cubitum ⁊ semis. lz hoc aliorum auctoritate dixerit: alij vo dixerunt modicam esse feram. Caput pregraue egre ferēs idq; delectum semper in terram. Inde cathoblepas dicitur. ⁊ ceteris membris iners. Externa. ℳorsu visu ac sibilo ut basiliſcus necat. animal enim ab eo percussum dissolutum moritur. quin etiam morik quod ei vicinum fuerit. Nascitur in hesperia ethiopie prope fontez qui nitris dicitur nili caput ut aliqui putant. ℍunc serpentem Auicēna libro canonis quarto harmene uocat. Et hec in primo est uenenatorum genere.

¶ De notitia aſpidis serpentis.

Aſpis serpens est. Interna. Color eius cineritius: ad acuitatem decliuis. occuli eius apprime luminosi. Collum tumidum. Longitudo a trib⁹ usq; ad quinque cubitos. ℳicander vo ut etiam Strabo refert: aſpidis vnam dicit esse speciem que palmaris est. ⁊ hec celerius interficit. alteram vo passus longitudine. Cutis eius aspera ⁊ ficca. inde dicik aſpis ficca. Oculos natura habet hebetes non in fronte sed in temporibus. auditu itaq; sepius q̄z visu excitak. Externa. Color pcussi alteraf. ℳembrorū stupefactio ⁊ frigus. plurimus singultus. ⁊ uehemēs dolor. ⁊ tandem somni pfunditas. ⁊ palpebrarum clausio. de qua Lucanus. ¶ ℍic que prima caput mouit de puluere tabes. Aſpide somniferam tumida ceruice leuauit. Plenior huic sāguis ⁊ crassi gutta ueneni. Decidit in nulla plus est serpente coactum. ¶ Ubiq; nascitur. sed que in libia aliquid in se habet singulare de quo ait Aristoteles octauo de animalium hiſtorijs libro. ¶ Aſpis enim anguis ex quo medicamentum illud putrificuz componūt in affrica gignitur. cuius ictui nullum remedium est. ¶ Et Strabo de affrica loquens dixit. ¶ Animalia quoq; sua habet ichneumonē ⁊ egiptiam aſpidem que ppriuz quoddam habet preter alias aliorum locorū. ⁊ est in primo uenenatoz gradu.

¶ De notitia serpentis expuentis.

Pthias a pthio quod est expuo: eo g obuianti sputum obiciat uenenosum. ℍec est aſpidis species. inde ℙlinius de urina loquens. ¶ Ueruz ex ijs que referre phas sit: impubium puerorum contra saliuas aſpidum quas pthiadas uocant quoniam uenena in oculos hominum expuant. ¶ Interna. Color eius uti color superioris aſpidis: eius lōgitudo est usq; ad duos cubitos. Externa. Jn initio quandoq; intestinorum sentit dolorem. ⁊ cogit egrum ad uomitus p̄uocationez. sequunt etiam accidentia prefata de aſpide. ⁊ colli torsio ⁊ spasmus ⁊ inordinatus pulsus. que serpēs non expuendo solum sed etiam mordendo interficit.

¶ De notitia serpentis hyrundinis.

Hyrundo serpens est. Interna. hirundinis habet colorem. inde hyrundo dicitur. Longitudo est cubiti vnius mensura. Externa. ℳagnitudo doloris. Jmmensus cordis pulsus. Corporis alteratio. ℳembrorum frigus ⁊ stupor. Somni profunditas. ⁊ palpebrarum clausio. est de uenenatis in ordine primo. cum ante duas interficiat horas.

¶ De notitia ceraſtis duo habentis cornua.

Ceraſtes dicik ab hoc nomine quod est κέρας ceras qō latine cornu significat. Sunt autem duo serpentum genera habentium cornua. quedam enim quaterna cornua habēt: geminata. ita ut octo videank cornua. quod visu iocunduz apparet. Alia vo: duo tm̄ habent in capitis anteriori parte cornua. lz de ijs aliquibus maiora aliquibus minora reperiank cornua. minora quippe cum post casum maiorum maiora subcrescant. Interna. sunt due prefate super caput eminētie. color est cineris color. sub uentre squāme sicce super terram in incessu stridentes. Dentes equales. lōgitudo ab vno usq; ad duos cubitos. Externa. Dolor ict⁹ est tanq̄z acus aut clauis infusi dolor. Et corpi grauitas maxima succedit. labia inflank. accidit uertigo. oculoruz tenebrositas. ⁊ ratio destruik. Et est de primo uenenatorū

genere. Reperti sunt etiam serpētes: duo habentes cornua: thebas sacri dicebantur: hominibus minime noxij. de quibus Herodotus in secūdo ait. ⌊ At circa thebas sunt sacri serpētes nihil omnino hominibus noxij. pusillo corpore. binis prediti cornibus: e summo uertice ena tis. quos defunctos in iouis ede sepeliūt. huic enīz deo sacros illos esse predicant.

¶ De notitia ceraſtis quater gemina habentis cornua.

Aliud vō genus ceraſtis earum est serpentum: que quater geminis redimuntur cornibus. Interna. Sūt octo p̄fata cornicula. de quo Plinius. ⌊ Ceraſtes corpore eminere cornicula sepe q̄drigemina quoruz motu reliquo corpore occulto sollicitēt ad se aues ⌋ Solinus etiam. ⌊ Ceraſte p̄fert quadrigemina cornicula. quorum ostētatione ueluti esca allicitas aues pimūt. nam reliqua corporis de industria parentis tegit. nec ullum iudiciuz sui p̄ebēt. nisi ex ea parte qua inuitatis dolo passeribus necem ppetuam aucupent. ⌋ Spina eius cartilaginosa ac flexibilis. inde Lucanus. ⌊ Spinaq; uagi torquente ceraste. ⌋

¶ De notitia emoroydis.

Emoroys est serpens nomen trahens ab effectu. aema enī grece sanguis. reo vō fluo. Interna. Huius serpētis color est parenosus: pūctis nigris ⁊ albis insignitus. magnitudine minor est viperis. Caput ⁊ cauda sunt minuta. eius cutis aspera parenosa. eius lōgitudo est ceraſtis longitudo: duo habentis cornua. ⁊ q̄uis earum color sit plurimum parenosus quādoq; tamen sunt nigri rubei ⁊ albi coloris. ⁊ sup eorum capita sunt squāme albe incise. ⁊ eoruz incessus est cum strepitu. qualis fit cum folijs: maxime siccis. hoc autem fit ex nimia corticum suorum uētriuz siccitate. Dotus etiam illius serpētis est tardus: ponderosus: ⁊ dētes habet equales. Externa. Huius serpentis morsu sanguis vndequaq; fluit. nec fisti ualet. Qua enim parte liquor natura fluere solebat: ea sanguinis p̄silit vnda. Dissolutis etiam uenarum orificijs sanguis inde ois emanat. Ex spiritualibus membris sanguinis sputū. ex oculorum angulis cruor. ex stomaco fit sanguinis uomitus. fit enim in stomaco dolor incessabilis. Et percussus locus apostemat. denigrat. ⁊ ex eo res pua currit: ⁊ aquosa. Uenter soluit. constringit anhelitus. Urine difficultas. Uocis abscisio. Membroruz mollificatio. Obliuio. spasmus. Cadunt dentes: ⁊ morit patiēs. hos serpentes baſſudium ⁊ sabrin uel tale simile nuncupauit Auicēna De qua serpēte Lucanus scripsit. ⌊ At non stare suum miseris passura cruorem. Squammiferos ingēs emoroys explicat orbes. ⌋ Rursus. ⌊ Impressit dentes emoroys aspa tullo. Utq; solet pariter totis effundere sanguis Coritij p̄ressura croci sic omnia membra. Emisere simul rutilo p̄o sanguine virus. Sanguis erat lacrime quecū q; foramina nouit. Humor ab ijs largō manat cruor ora redūdant. Et patule nares sudor rubet oia plenis. Membra fluunt uenis. totum est p̄o vulnere corpus. ⌋ Hunc serpentem in primo uenenatorum posuerunt ordine.

¶ De notitia serpentis qui dicitur seps.

Seps serpens a sipo q̄d est putreo dicit: quasi morsu animal putrefaciens. hunc uocat Auicēna selsir. leui enīz ictu tota putrescit caro. Interna. Caput eius est latum. Collum paruum. cauda breuis. rotūdus uenter. magnitudo ad cubitum. Super eius corpus sunt linee diuersi coloris. eius incessus non est ut recte incedat sed seipm incedit ⁊ trahendo. Externa. Dorsu suo gignit apostema cum ingenti dolore. percussi caro conterit. ⁊ post hec totum putrescit corpus ⁊ in virus uertit. Et capilli cadunt. De hoc p̄m aliquos Aristoteles octauo de historijs animalium libro dixit. ⌊ Serpēs quidam minutus est quem aliqui sacrum appellāt quē angues p̄emagni fugiunt. magnitudo huic ad cubituz. species hirsuta quicquid momorderit continuo circiter putrescit. q̄q̄z nōnulli uerba Aristotelis non de hoc: sed de basiliſco intelligi debere dicāt. de quo Lucanus. ⌊ Olsaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. ⌋ Rursus. ⌊ Sed tristior illa mors erat ante oculos. miseriq; in cruore sabelli seps stetit exiguus quem flexo dente tenacez. Auulsitq; manu piloq; affixit harene. Parua modo serpens: sed qua non ulla cauente tantum mortis habet: nā plage p̄oxima circum Fugit rapta cutis pallentiaq; ora retexit. Jamq; sinu laxo nudum sine corpore vulnus. Membra natant sanie: sure fluxere sine ullo. Tegmine poples erat foemorum quoq; musculus omnis. Liquit p̄o nigra distillant inguina tabe. Dissiluit stringens uterum membrana: fluuntq; Uiscera ne quantum toto de corpore debet. Effluit in terras sceuum sed membra uenenum. Decoquit in minimum mors contrahit omnia virus. Uincula neruorum. ⁊ laterum cōtexta cauumq;. Pectus ⁊ abstrusum fibris vitalibus omne. Quicquid homo est aperit pestis natura p̄ophana. Dorte patet. Danāt humeri forteſq; lacerti. Colla caputq; fluūt ⁊c̄ ⌋ Albertus alemanus de hoc errauit serpente credens sel sir uocatum ab Auicēna diuersum esse a sepa. de eis distinctum faciens sermonem cum eadem tī esset serpēs. ueluti per sua patet signa interna ⁊ externa.

¶ De notitia iaculi serpentis.

Jaculus ab eius effectu nomen suscepit. Sunt enim serpentes quos Auicenna uocat chafeçati ⁊ altararati. Interna. Magnitudie sunt breues minuti. ad rubedinē declinantes. calidi ualde. Externa. Sunt uelocissimi ictus. subeūt enim arbores ⁊ tanq; iacula obuiātibus se obiciunt ⁊ feriunt. Ex eoruz morsu ingens fit dolor in loco. ⁊ ad totum p̄ocedit corpus. ⁊ mors subsequit. De quo Lucanus. ⌊ Ecce pcul sceuus sterili se robore tenaci. Torsit ⁊ immisit iaculum uocat affrica serpens. Perq; caput pauli transactaq; tēpora fugit. Nil ibi virus agit. rapuit cum vulnere fatū. ⌋ Solinus quoq; de hoc ait. ⌊ Jaculi arbores subeūt quibus vi maxima turbinati penetrant animal quodcunq; obuium fortuna fecerit. ⌋

¶ De notitia amphisbene serpentis.

Amphisbena serpēs est. Interna. Duo uti quidam dicunt habet capita. lz nōnulli hoc negauerint: dicentes vnum habere caput. sed eiusdem esse grossitiei ⁊ in medio ⁊ utrisq; extremitatibus. Et qui duo ponunt capita eum dicunt circulatis tractibus utriq; p̄ocedere. ⁊ inde nomen suscepisse ab amphi quod est circum ⁊ ueno qō est uado. hūc uocat Auicēna corrupto uocabulo. anchesimen. ⁊ saliēs ad duas partes ideſt utriq; p̄ocedens. De quo Lucanus. ⌊ Et grauis in geminum surgens caput amphisibena. ⌋ Solinus etiam. ⌊ Amphisibena consurgit in caput geminum. quorum alterum in loco suo est. alteruz in ea parte qua cauda. que causa efficit ut capite uteroq; sexus nitibundo serpat tractu orbiculatis. ⌋

¶ De notitia serpentis dipsadis.

Dipsas serpens est a dipso ideſt sitio. eo q; siti sūma morsib⁹ afficiat. Interna. Caput eius paruum. ⁊ collum grossum. a collo grosso gradatiz ad caudam p̄ocedens subtilem. Color postremi eiusq; ad caudam ad nigredinem declinis. Eiusq; longitudo est palmi vnius: ⁊ super eius corpus plurima cernūtur uestigia nigra. in incessu suam quatit caudam. Externa. Eius ictus animalis corpus ⁊ uentrem incendit ⁊ adurit. sitimq; ualidissimam inducit. adeo ut aquam bibens plurimam adhuc bibere non cesset. nec liquor ullus sudore aut urina exit. Inflatur potius uenter totus. ⁊ bibita aqua per uenas corpis ⁊ loca currit uacua. De hoc serpente Lucanus ait. ⌊ Signiferum iuuenem tirenti sanguinis aulū. Torta caput retro dipsas calcata mo-

mordit. Vix dolor aut sensus dentis fuit ipsaq; leti. Frōs caret iuidia nec quicq̄ plaga minatur. Ecce subit virus tacitum. carpitq; medullas. Ignis edax: calidaq; incendit viscera tabe. Ebibit humorem circa vitalia tusuz. ¶Pe stis ⁊ in ficco linguam torrere palato. Cepit diffessos iret qui sudor in artus. ¶Non fuit atq; oculos lacrimarum uena refugit. ¶Non decus imperij non mesta vita catonis. Ardentem tenuere viruz quin spargere signa auderet. totisq; furens exquireret aruis. Quis poscebat aquas sitiens ne corde uenenum. Ille uel in tanaym rodanum padumq; arderet. ¶Illumq; bibens per rura uagantem Nec sentit fatiq; genus mortemq; uenent. Sed putat esse siti. ⌋¶Huius serpentis Plinius reminiscitur dicēs. ⌊Vnedenes serpentum uenenis resistunt: maxime sepis dipsadis ⁊ vipere. ⌋Et alibi. ⌊Illita. s. lauri folia cortex ⁊ bacis serpentum uenenis resistunt maxime sepis dipsadis ⁊ vipere prosunt. ⌋

¶De notitia serpentis dicti chersidros.

Chersidros serpens est: ab hoc nomie chersos dictum. qō terram proprie incultam significat. ⁊ idor aquaz. eo q; in terra ⁊ aqua cō muniter conuersek. Interna. ¶Minor est surda alesila ti inquit Auicēna. ⁊ latioris capitis ⁊ eius morsus deterior ⁊ nocibilior. Externa. Ab eius morsu ingēs dolor incipit. ⁊ inflammatur. post hoc viridis fit locus. ⁊ corrodit. ad hec uertigo accidit. colere fetide uomitus. inordinatus motus. virtutis debilitas. Et est de primo venenatorum genere. cum ut plurimuz in tertia perimat hora. Et si forte euaserit tunc fuit cum aquosus momorderit. tunc enim minus est pernitiosus: uel forte euadit qa patientis virtus fortis. ⁊ lz ab eo forte euaserint veneno: ab alijs tamen non euadent morbis. in quos ex eius morsu sepe incidunt. ¶Hunc serpentem scriptorum errore in quinto canonis libro reperio scriptum. kedusuolurus. in eodem etiam capite andrius reperitur. sed andrius nihil ad hoc pertinet capitulum. est enim corruptū nomen cum endris siue enidris dici debeat. qō est serpentis nomen in aqua habitantis. ¶Nam en idem qō in. idor aqua De illo chersidro serpente dixit Lucanus. ⌊Nat⁹ ⁊ ambigue coleret qui sirtidis arua. Chersidros.

¶De notitia hidre.

Hidra femine: hidrus masculi: nomen est serpentis cuiusdam. qui aquam colit. Chersidros autem ille erat serpens qui terram ⁊ aquam habitabat. cuius Auicēna dixerit endrim esse cum in aqua habitaret. chersidrum cum in terra. qō de chersidro falsum est uti superius diximus. Dubitat etiam Auicēna in eodez capite de hidra: an idem sit cum endri. dicimus ad hoc q; nomen hoc nobis indicat. Endris enim uel enidris. in aqua significat. En. grece. in latine. idor vō aq̄. a quo nomine idor hidrus ⁊ hidra deriuantur. ¶Huius autem serpentis in aqua habitantis internum signum est q; anguium est pulcherrima. Externa. locus ictus tumescit ⁊ eius tumefactio dilatatur. ⁊ color loci percussi offuscatur. a quo plurima humiditas fetida ualde ⁊ nigra egreditur ⁊ eius curatio prolongat. ⁊ fit difficilis. Fingitur quoq; hidra monstrum in lernea palude multorum capitum. cui tot adnascebantur quot amputabantur capita. pernitiosa res hominibus. demum ab Hercule ictu claue percussa fuit. post hoc sagittis ferijt. nouissime eam igne in solitis cauernis conclusam penitus consumpsit.

¶De notitia serpentis scitale dicti.

Scitale serpens est. Interna. Varietate tergi tanta prefulget: ut notarum gratia videntes retardet ab itinere. Incessu piger est. inde quos sua motus tarditate assequi nequit: miraculo sui capit stupētes. ut inquit Solinus. Calidus est hic serpens adeo ut solus inter serpentes suas exuuias non aduer aut autū nū ut cetere serpentes deponat. sed hyeme. De quo Lucanus. ⌊Et scitale sparsis etiam nunc sola pruinis. Exuuias positura suas. ⌋De quo etiam Plinius nonnunq̄ mentionem fecit.

¶De notitia cylidri serpentis.

Cylidrus serpēs est a chilio. idest uoluo. q; pte q̄ trāsit ea fumū emittit. Inde Lucanus. ⌊Tractiq; via fumante cylidri.

¶De notitia serpentis chencridos.

Chencris serpens est: ab hoc nomine chencros idest milium dicta. eo q; sit milij coloris. Interna. color eius propter citrinitatem est q̄si milij color. sed paruis ac pluribus tingitur notis. eo quippe modo quo lapis ophytes plurimis ornat maculis. quo ornatu similitudine a serpente sumpta a serpētis nomine nomen assumpsit. ophys enim serpens dicit. Unde Lucanus. ⌊Tractiq; via fumante cylidri. Quā semper recto lapsurus limite chencris. ¶Pluribus ille notis uariatam tingitur aluū. Q̄ paruos tinctus maculis thebanus ophytes. Externa signa sunt. quoniam ei qui ab eo morsus fuerit accidentia malarum eueniunt viperarum.

¶De notitia serpentis natricis.

Natris serpens est qui aquas suo inficit veneno. de quo Lucanus. ⌊Et natrix violator aq̄.

¶De notitia amoditis serpentis.

Amodites serpēs est ab hoc nomine ammos idest harena dictus. eo q; harenaz fodiat ⁊ ingrediatur. harenecq; colorem habeat. Interna. Color eius uti diximus est harene color. Et sup eorum corpora sunt uestigia. longitudo eius usq; ad cubitum. Externa. locus morsus uehementer dolet ⁊ magno tumefit apostemate. Et ex eo currit virus. ⁊ in tertio interficit. ⁊ mora eius est post septimum. Et de hoc dixit Lucanus. ⌊Cinicolor exustis atq; indiscretus harenis Amodites. ⌋De hoc etiam Auicēna sub noibus corruptis. amiudurus ⁊ cauharus.

¶De notitia serpentis pharee.

Pharcas serpens est qui reliqua corporis parte eleuata: sola hꝑit cauda. Inde Lucanus. ⌊Et contentus iter cauda sulcare phareas.

¶De notitia serpentis dicti prester.

Prester serpens est. pristir enim facem significat ardentem. Quez percusserit ut ingt Solinus distenditur. enormiq; corpulentia necatur. Lucanus etiam ait. ⌊¶Nasicliuz marsi cultorem torridus agris percussit prester. illi rubor igneus ora succendit. Tendit q; cutem pereunte figura. ¶Discens cuncta tumor toto iam corpore maior. humanumq; egressa modum super omnia membra/effluat sanies late tollente veneno ⁊c̄. ⌋

¶De notitia vipe per interna ⁊ externa signa.

Pertractatis ijs serpentuz speciebus: nūc ad ea que nostro deseruiunt proposito propius accedamus. id enim qō in hoc intendimus libro non est omnis serpens: sed illud solum animal ex quo theriaci pastilli ⁊ theriaca conficitur. hoc autem uti partim diximus ⁊ plenius patebit inferius: est vipera. de ea igitur agentes primo dicimus hoc nomen vipera latinum esse. greci autem echidnam uocāt femininī generis. echis vō masculini. dicitur autē vipera uti nonnulli latini scribunt quasi vi pariēs. quoniā in eius partu uentre suos obroso finit dies. ¶Hec autem vipere ab inherentibus notis sic cognoscunt. Interna. Caput earum est planum: latum uersus collum: sed uersus os ad acuitatem potius declive. Collum gracile: ea inq̄ parte qua capiti iungitur. Cauda breuis. In incessu stre pitum ac sonitum facit. Ad hec oua prius in utero concipit. dehinc viuum primo conceptum ⁊ in utero nutritu⁹ iuxta Aristotelis sententiam in lucem edit. tepore algoris vipera sub saxis: sicut cetere serpentes sub terra con-

duntur. Externo. A loco morsus sanguis primo egreditur aquosus. deinc spumosus. post hoc ut eris erugo virus ac uenenū tam formam accipiens. Ad hec post dolorem loci percussi dolor expandit. ⁊ apostema rubeum innascit. cum uesicis ⁊ apostematibus paruis: ac si ignis affuisset adustio. ⁊ hec quādoq; serpūt. quod apostema de rubeo fit viride in loco percusso. Preterea in visceribus ardor. in corpore rubeo cū rigore. Et rubor ille post hoc ad viriditatem tēdit. Uertigo tunc eos occupat: ⁊ anhelitus frequētia. ⁊ nausea. ⁊ singultus. quin ⁊ dorsi grauitas. ⁊ nōnunq; sanguinis narium fluxus. Tādem sudore frigido ingenti tremore ⁊ sincopi occupant. Et ut plurimum in tribus moritur diebus. Iz quandoq; usq; ad septimum mors differatur. Et vipe sunt in secūdo uenenatorum animalium genere.

¶ Q; alij: alia senserūt de vipe partu. de quo partu Plinius Aristotelē imitari credidit. sed in aliquo deceptꝰ fuit.

Ratia eorum que de nomine ac partu vipere dicta sunt dignum putaui quorūdam sentētias circa hoc adducere. Reperio autem omnes de partu vipere loquētes Aristotelem. Herodotum. Nicādrum. Plinium. ⁊ alios plures in hoc vno conuenire: videlicet vipam intra se ꝓmo oua concipere. deinc catulos in utero nutritos in lucē edere. Ceteras serpentes ouā: non viuum parere. que ouā post hoc serpētes in terra incubant. Tertio enim de animalium historijs libro sic scribit. ¶ Serpentes enim ⁊ ab ijs supradictis q̄ inter se differre apertum est. Uipera enim animal edit postq̄ intra se ouā peperit cum ceteris serpentum omnia genera ouā edant in lucē. ⁊ Hoc idem Herodotus. hoc Plinius. ⁊ alij. Dissentiunt autē in hoc. quoniam Herodotus Plinius ⁊ alij plures viperam dixere in coitu masculi caput ore complexam uenēris oblectamēto amputare. Cuius patris vindictam filij cupientes: dum femine partus hora fuerit: latera matris obrodentes: in lucem exeūt. hoc putauit Herodotus de viperis ⁊ alatis serpentibus in arabia natis a natura nō ab re factum esse. ne tam pernitiosum genus feraruz hominī infestissimum multiplicaret. Sed quid de hoc sentirit Aristoteles mox deducam. Sic enim in fine quinti historiarum libri scriptum reperit. ¶ Uipera e serpentibus vna animal edit cum intra se ouā primum peperit. ouum hoc vnius coloris ⁊ molle ut piscium est. fetus superne consistit nec cortice continet ut nec piscium quidem. Parit catulos obuolutos mēbranis que tertia die rumpant. Euenit interdum ut qui in utero adhuc sunt abrosis membranis prorumpūt. singulos diebus singulis parit plus q̄z viginti. Cetere serpentes ouā parūt foris contexta: ad monilis hoc est ornamenti mulieruz qō ambit collum similitudinem. incubant que pepererint in terra. ⁊ fetum sequente excludunt anno. ¶ ex quibus uerbis quinque de viperarum procreatione ⁊ partu colligunt. Primum est q; vipera intra se facit ouā. Secundum q; ouā sua vnius sunt coloris ⁊ mollia absq; cortice ut pisciuz ouā. que ouā in superiori concipiunt parte. Est enim earum longa matrix ab inferiori uentris parte usq; ad septum ascendens: illic bifurcata. in ea enim bifurcatione ouā consistūt. post hoc ad infimam eius partem conceptum descendit. ⁊ prestituto tempore ad exteriora in lucem viuum educit. Tertium est q; vipera in lucem edit si phas est dicere vipulas non nudas: sed mēbranis inuolutas. Quartum est q; mēbrane ille per tres extra uterum: anteq̄z ex eis catuli exeant: stant incorrupte dies. tertia enim die ab hora partus cōputando: mēbrane rumpunt. Hoc tamen aliquotiens euenit ut tertiam catuli non expectent dies: sed in utero membranas obrodentes: in lucem denudati a mēbranis obrosis exeant. Quintum est q; singulis diebus catulos membranis inuolutos ad viginti usq; ⁊ plures pariat. Cetere vō serpentes a viperis in duobus distant: ⁊ q; ouā contexta in longum protendentia non autem viuum partāt ut vipera. Et q; ea incubāt ouā. ita ut fetus sequēti ab ouo excludat anno. vipere vō die tertia a partu e mēbranis excludunt. Ceterum Plinius libro. x°. de naturalium historijs Aristotelis uerba sequi conatus: eam non recte ad suum traxit sensum. asserens q; vipera mater a filijs p prijs uterum corrodētibus interficiat. Ait enim. ¶ Uipere mas caput inserit in os qō illa abrodit uoluptatis uolupedine. Terrestriuz eadem sola inter se parit ouā vnius coloris ⁊ mollia ut pisces. tertia die intra uterum catulos excludit. deinde singulos diebus singulis parit. xx: fere numero. itaq; ceteri tarditatis impatientes prorumpunt latera occisa parente. Cetere serpentes ꝓtecta ouā in terra incubant. ⁊ fetum sequente excludunt anno. ¶ in ea parte qua de ouis loquit nulla cadit dubitatio. cuz etiaz dicit. ¶ Deinde singulis diebus singulos parit. xx. fere numero. ¶ ⁊ reliqua que de serpentibus a vipera diuersis retulit cum Aristotelis dictis manifeste ꝓcordat. Sed in illa profecto parte qua sic scripsit. ¶ Tertia die intra uterum catulos excludit. ¶ puto non recte accepisse Aristotelem. Siue enim exclusionem a membranis intra uterum. i. intra matricem. siue exclusionem ab utero in lucem intelligat. ad quid dicta erit illa particula. ¶ Ita q; ceteri ⁊c̄. ¶ Ad hec si per exclusionem catulorum denudationem a membranis in utero intellexeris vnde computabitur illa tertia dies: non a partu in lucem quia talis in lucem partus in exuuijs membranorum nōduz euenit. non a die formationis ouoruz. quoniam animalis plasmatio tam breui tempore ut mēbranas exuat impossibilis est. Eodem modo si per exclusionem partum in lucem intellexeris a quo nam fiet tertie diei computatio: non ab oui complemento ratione dicta. non a partu in lucem. q; nondum talis euenit partus. Dices forte diem tertiam in qua fit partus in lucem a die eruptionis membranorum in utero computandam esse. Ad hoc dicimus q; de tali membranorum eruptione a Plinio nulla fit mentio: sed ab Aristotele. etiam si talis dabitur sensus. ad quid illa posita est particula. ¶ Deinde singulos singulis diebus ⁊c̄. ¶ non enim dixisset ¶ deinde. ¶ si de partu in lucem suus eēt sermo. Quare uerba Plinij cū Aristotelis sensu minime cōcordant. Sic enim ab Aristotele ex matre de uerbo ad uerbum interpretatio fit. ¶ Parit autez viperas paruas in membranis que tritee rumpunt. ¶ idest viperas paruas in lucem educit membranis inuolutas. que membrane tritee. idest cuz ad tertiam a partu computando uenerint diem: mox rumpūtur. Subdit autem Aristoteles. ¶ Interdum autez ⁊ de intus abrodentes ipse exeunt ¶ ac si diceret q̄uis ut plurimum membrane post partum tertia rumpant die: attamen interdum fit ut membrane in utero abrodant a catulis ⁊ catuli a membranis nudi in lucem exeant. quoto autem tempore ⁊ quoto numero in lucem exeant siue membranis inuolute siue non subdidit. ¶ Parit autem in vna die vnam sed plures q̄z viginti parit ⁊c̄. ¶ Plinius autem illam particulam. ¶ Interduz autem ¶ eam accepit ac si catuli interdum latera matris abrodentes per vulnus interfecta ipsa exirent. sed hoc non sensit Aristoteles. illa enim pars. ¶ Interdum. ¶ est illius partis exceptio qua dixerat. ¶ Parit autem viperas paruas in mēbranis que tritee rumpunt. ¶ Ac si diceret. licet ut plurimum catulos vipera pariat membranis inuolutos interdum tamen eos edit in lucem nudos cum ipsi catuli de intus membranas abroserint. Sic enim Aristotelis literam exponendo nulla insurgit dubitatio. Sed si plinij uerba curaueris magnus labor immo impossibilis potius insurget defensio. Hoc igitur vnum ex omnibus he

beatur dictis. videlicet q̄ vipera non ova sed viuum in lucem parit sepius membranis inuolutum ꝫ interdum a membrana exutum. Cetere serpentes ova pariunt de hinc illa diu incubant in terra. qđ inter signa viperaꝫ notificantia deductum fuit. Ex ijs etiam que de partu vipere ab aliquibus scripta sunt nominis reddita est ratio. videlicet vipera q̄ vi pariat. vt enim parit cum p̄m hos a filijs patris mortem vindicantibus necetur. Quereres fortassis an vipera sit omnis serpens que viuum parit. dicimus p̄m Aristotelem solam viperam inter serpentes viuum parere. cuius ab Herodoto in arabia alatos esse serpentes dicatur quos dicit viuum parere partu violẽto ut vipera. sed siue hoc sit siue non nihil ad rem nostrã. cum enim medici sumus: eam uolumus esse accipiendam serpentem que in secundo uenenatorum continetur gradu. hec autem est vipera talem autem serpentem repertum est tali corporis forma tali suarum partiuꝫ plasmatione formatam esse. taleſq; in percussum animal effectus efficere quales superius dum loqueremur de vipera demonstratum est. Hunc igitur serpentem tali forma ⁊ talibus effectibus insignitum sapientes medici agnoscere debent. quem etiam viuum parere Aristoteles docuit. Quare siue sola vipera talibus signis cognita viuum parere concedatur: siue non sola ipsa sed alia etiam sit serpens ut inquit Herodotus: nihil quo ad medice facultatis inquisitionem ⁊ theriace confectionem interest. Hoc enim vnum medico attendendum est: ut eam p̄o confectione theriace accipiat serpentem que medij sit uenenatorum gradus. ⁊ que p̄fata de figura corporis habeat signa: dictoſq; effectus suo inferat morsu: viuos quoq; in lucem edat catulos. Utrũ autem alia serpentum species a vipera viuum pariat uel non: medico scire non attinet.

¶ Inter viperas qualis sit eligenda magis: ad theriacam theriacoſq; conficiendum pastillos.

Extractatis ijs que viperam theriacam conficientes ab alijs serpentum generibus secernunt: nunc viperam vipere conferendo: ea tractari debent quibus vipera theriacam conficiens ab alijs distinguitur viperis. Dicimus igitur q̄ viperarum nature a locis ab affectibus ⁊ plurimis alijs differentijs distincte reperiuntur. Nam alie sunt quercine que in quercuum abditis habitant ⁊ conduntur. alie salicibus degunt que maligne nimis sunt. nec theriace commode. Sunt ⁊ alie marittime littora maris incolentes que licet ab aliquibus approbate sint: attamen earum caro a cibis salsis mutata sitim parit. ⁊ illarum potissime carnes que in libia nascuntur. de quibus vndecimo de simplicibus medicinis Galenus sic scripsit. Noui nanq; animalium carnes commutari cibis. ⁊ cum hoc dixisset: de viperis loquens circa maris littora viuentibus ⁊ loca salsa: subiunxit talia loca potissime esse in libia. Et addidit. Itaq; tutissimum est cauere uenari echidnas in talibus locis ad pabulum uel ad medicine confectionem. qualis est ⁊ hec gloriosa quam pene omnes medici theriacam appellant. Cum igitur in italia maior sit loci humiditas q̄ in libia ubi adustio nimia salsedinem facit: inde Galenus marsorum responsionem ad sua quesita audiens: eaꝫ in parte quadam approbat: videlicet viperas sitim facientes in p̄fatis locis scilicet libia ⁊ marittimis locis inueniri. ⁊ hoc ex carnium qualitate a cibis salsis contracta. in italia autem cum sit regio magis humida viperas nutriri dulciores: minusq; uenenosiores: facultatiq; medicine cõmodiores. De quibus ⁊ Cornelius Celsus ait. Verum hec genera serpentuꝫ ⁊ peregrina ⁊ aliquanto magis pestifera sunt. maxime que estuosis locis gignuntur Italia frigidioresq; regiones hac quoq; parte salubritatem habent q̄ minus terribiles angues edunt. Et hinc illi magis corrigendi sunt qui in egipto ⁊ non alibi animal esse fingunt thirum dictum: ⁊ inde in italiam deferendum si bona confici debeat theriaca. que opinio p̄ter alia dicta ⁊ dicenda falsa esse comprobatur ex ijs que a Galeno in p̄fato loco dicta sunt. ab eo enim clarissime accipitur non oportere nos alexandriam uel aliquã libie partem peragrare: ut animal p̄o theriace confectione habeatur: cum illud vipera sit. que ubiq; ut inquit Herodotus reperitur. tantoq; magis nostras italicas accipere debemus viperas: quanto ipse a Galeno magis approbantur. cum earum caro non maritima minime salsa sit. cuius contrariuꝫ in libicis reperitur viperis: ubi caloris ac ficcitatis feruore vipere etiam non maritime carnes habent salsas: solis feruore terrestre in humido comburente. quod in italie locis minime fit. Non igitur ille que maris littora: non que in locis calidissimis ut in libia: p̄o conficienda theriaca vipere sumẽde sunt. sed ille potius que loca minus torrida habitant. sicut italia grecia hispania. ac alije in locis a tertio usq; ad septimum clima contentis uenande sunt. que neq; penitus veneno priuate neq; pernitiosissimo munite sunt. Sunt etiam ⁊ vipere paludose. sunt ⁊ alie que in littoribus fluuiorum viuunt. que teste Auicẽna pretermittantur: dicente. Et non capientur ex piscinis ⁊ littoribus fluuiorum ⁊ aquarum ⁊ marium neq; petrose. Et cum earum colores diuersi sint: ille eligantur vipere que flaui uel subflaui sunt coloris. albe enim pauci: rubee autem plurimi sunt uenoni. flauus autem color est inter utrunq;. Sume feminam non masculum: que a masculo numero dentium agnoscitur. masculi enim duos habent dentes. femine vo quatuor. licet enim femina pluribus morsus vulneribus ledat: masculus tamen pluri inficit veneno. Sume etiam de feminis illas que motu agiliores ⁊ eorum capita elata magis deferunt. ⁊ earum aspectus ferax sit ⁊ audax. ⁊ earum oculi ad rubedinem magis decliues. ⁊ etas earum sit iuuentutis etas. talia enim sanitatem: ⁊ robur virtutis significant. Et ille proprie assumantur cum truncatis extremis non minus agitantur. que enim cito quiescunt debiliores agnoscuntur. Neq; ea est accipienda que grauida. Ad hec ieiune nimis nimio inficiuntur veneno. de hoc Cornelius dixit. Illud ignorari non oportet omnis serpentis ictum: ⁊ ieiuni ⁊ ieiuno magis nocere. ideoq; pnitiosissime sunt cum incubant. Sint etiam eorum uentres collecti soliditate. robur enim ⁊ pauca hoc significat excrementa. Tempus autem quo uenari debeant sit veris initium. cum tam hiemis frigus defierit. tuꝫ enim e cauernis exeunt. post suum enim exitum aliquanto permittantur tempore: usquequo scorium suum deponant. ⁊ excrementorum malitia in cauernis a hieme contracta remittatur. qđ breui fit. Exuunt aũt interduꝫ non uere solo suam senectutem: sed etiam autũpno. teste in octauo de aialium historijs libro: Aristotele dicẽte. Vipa etiam exuit taꝫ uere q̄ autũpno. q̄ uere solo uenari liceat ad theriacam conficiendam. eo scilicet tẽpore quo sol arietis finẽ ⁊ tauri initia subierit. In estate aũt uenenuꝫ eaꝫ feruet. autũpno vo aliquid de estatis veneno supfluo participant. Quare circa veris initia uenari debent. nec eas in carcerari liceat. cum ieiune uenenosiores sint. Nec putes post earum exitum a cauernis diutius morari ad senectutis depositionem. per vnam enim fere diem ac noctem eam deponunt. de quo sic ait Aristoteles loco p̄fato. Atq; vna fere nocte ⁊ die senectus tota exuitur a capite ora ad caudam. Et cute altera subnascente ipa remouetur. Unum tamen cauendum q̄ si forte uer hiemale fuerit: usq; ad ulteriora differatur uenatio. etiam si usq; ad estatem differri necessarium sit. quanto enim tẽ

pus frigidius tanto tardius e cauernis exeunt. Qualis igitur vipera inter tot viperas locis coloribus affectibus sexu ⁊ alijs plurimis accidentibus: inter se differentes: eligenda sit ad theriace confectionem: ex ijs diffuse satis demonstratum esse puto. Jis itaq; de consueta serpentum inuentione disputatis: de quibusdam serpẽtuz mirabilibus: forma scilicet ⁊ magnitudine nunc pertractandum est.

¶ De serpentibus mire forme scilicet alatis ac mire magnitudinis.

Nonnulla de serpentibus auditu mirabilia scripta reperiuntur a viris fide dignis. ℳam ℌerodotus alicarnasius ait in arabia locum esse prope butum urbez: ubi plurimi sunt alati serpentes. ad quem locum se adiuisse: ⁊ eorum spinas vidisse dicit: multitudine incredibili in aceruis collectas. addit eos ineunte uere uolare in egiptum. quos tamen plurimos aues ibides innumere illic existentes pro viribus repellunt. ℌorum serpentum figura est hidroruz figura. alas inquit habent alis uespertilionum similes. ex membranis uel cuti confectas: non pennatas ut aues. Quos etiam serpentes arabibus infestos thus colligẽtibus esse dicit. cum sub illis plurima thus producentibus arboribus resideat copia. neq; thus colligere valerent nisi storacis fumo ipsis infesto fugarẽtur. hos pernitiosos serpentes in arabia inueniri fatetur ℌerodotꝰ viperas ubiq; suos alatos serpentes ⁊ viperas: vnum: licet vi parere dicit. Ceteros autem non uenenatos serpentes oua in lucem ⁊ ea plurima parere dicit. De quibus quoq; alatis serpentibus in primo de animalium historijs sic scripsit Aristoteles. ⌊ Angues enim circa ethiopiam tales uolare narrantur. ⌋ Aliud mirabile est qꝺ megastenes scribit in india videlicet tanta magnitudine reperiri serpentes ut solidos ceruos tauroſq; hauriant. ℳetrodorus etiam circa indicuz amnem in ponto serpentes superuolantes alites haustu raptas absorbere. In belli etiam punici a romanis facti scribitur historia. viperam ad flumen bagadram adeo ingentem ac feracem inuentam fuisse: ut a regulo romanorum imperatore necessarium fuerit balistis ac tormentis ut opidum acriter expugnare. cuius longitudo ut scribitur viginti ⁊ centum fuere pedes. Cuius pellis ⁊ maxille rome in templo usq; ad bellum durauere numantium. ℌuius magnitudinis fidem boa dat vipera in italia sub Claudio principe in uaticano occisa. in cuius utero solidus infans spectatus est. hec enim lactis bubali a quo nomen accepit suco nutrita est primo. dicitur enim boa ⁊ boua. sed huius mirande magnitudis certissima fides ab Aristotele philosopho in octauo de historijs animalium libro haberi licet. ubi sic scribitur. ⌊ In affrica magnitudo anguũ mira ficut ⁊ ferẽ. Jã enim nõnulli ubi triremi applicuissent: ossa bouum multorum vidisse narrant. quos absumptos esse ab anguibus non dubitarent. cuz triremes productas in altum qꝫ primum angues insectarentur. ⁊ nonnulli aggressi triremem euerterẽt. ⌋ Jis itaq; omnibus maxima fides habita sit. qꝫ alicubi mire magnitudinis ⁊ mire forme alate scilicet serpentes reperiantur.

¶ De draconibus.

Plinius in historia naturali de draconibus etiam scripsit eos elephantibus natura inimicos. Ethiopie dracones magnitudine pares esse indicis. ⁊ esse cubitorum viginti. Ethiopes autem apud quos nascuntur uocantur asachei. Strabo etiam ante ℙlinium de sententia yphicratis refert apud ethiopas qui hesperij dicũtur preter alia miranda ineſſe quoq; magnos dracones: adeo ut herba super eos innascatur. Auicenna etiam refert ꝺm quosdam minorem draconem esse cubitorum quinque maiorem vo triginta ⁊ supra. Et eorum oculi sunt duo magni. ⁊ sub mandibula inferiori eminentia sicut mentum. Et dentes plurimi. ⁊ eos dicit nasci in ethiopia ⁊ india. sed indi maiores. se tamen ipsumet corrigẽdo inquit uerificatum est preter indiam alibi quoq; magnos reperiri dracones. facies eorum dicit esse citrinas ⁊ nigras. os eorum amplum. Supercilia eminentia oculos cooperientia. Refert etiam se vidisse quendam de prefatis super cuius collum in latitudine descendente pili erant grossi tanq; eius coma. Externa signa sunt. qꝫ ex draconis morsu paruus fit dolor. post hoc inflãmat ⁊ musculorum morsus peior est femine morsu. ℌij ergo ponendi sunt in tertio uenenatorum gradu.

¶ De crocodillis.

Crocodillus animal est quatuor habẽs pedes: stinco nili simile. Eius magnitudo plerunq; duodeuiginti excedit cubiti. superiorem mouet maxillam. ⁊ dẽtibꝰ pectinatim ordinatis morsuz tristem infigit. ℌoc animal parit oua ut anseres. deinde ea incubat. ⁊ ad dictam ut dixi crescunt magnitudinem cum animalia in lucez uenerint. vnguibus utitur pro defensione. cutim habet durissimam sed sub uentre leuem. inde delfini se submergẽtes eas sub uentre feriunt. Die terram: nocte aquam habitant nili. in terra dormientium fauces apertas rex auium a cibi reliquijs mũdificat. sed ichneumon clam per os intrans per uentris latera erupta ipsum interficiens exit. ijs dominãtur nitritici homines sic ab insula nili dicti: statura parui. sed contra hos strenues de quorum imperio mox dicendum. Nunc autem hec satis de serpentibus mirabilibus draconibus ⁊ crocodillis. ad eas autem tres gentes que mirabiliter ⁊ serpentibus ⁊ crocodillis dominantur descendere liceat. quibus discussis ad latinorum errores accedendum puto.

¶ De psilijs. ℳarsis. Ophiogenis serpentibus ⁊ crocodilles dominantibus.

Silii ophiogenes ℳarsi tres fuere gentes que serpentibus terrores incutiebãt ⁊ eis dominabantur. de quibus ℙlinius inquit. ⌊ Quorundam hominum tota corpora prodiant. ut ex ijs familijs que sunt terrori serpentibus. ⌋ Quomodo autez eis dominabantur subdit. ⌊ Tactu ipsos leuant percussos: suctu ue tumidos. ⌋ Curatio tamen cum suctione uenẽni non a vi aliqua que sit ijs propria dixit cornelius sed omnibus communis. qui si forte ut ipsi audaces fuerint eque curabunt. Que autem sint iste gentes subdit ℙlinius. ⌊ Quorum genere sunt psilij. marsiq;. ⁊ qui ophiogenes uocant in insula paro. ⌋ ℙsilij homines fuere in affrica supra garamantas habitantes. ij morsibus serpentum non nocebantur. Unde eorum natos serpentibus obiciebant. qui ab eis intacti matris pudicitiam ostendebant. ⁊ originis fidem probabant. hec gens a nasamonibus capta interijt. De quibus hec Lucanus cecinit. ⌊ Uix miseris serum tanto lassata periclo: Auxilium fortuna dedit. gens vnica terras: Incolit a sceuo serpentũ inoxia morsu. ℳarmaride psilij par lingua potentibus herbis. Jpse cruor tutus nullumq; omittere virus. Uel cantu cessante põt nã locoꝝ. Jussit ut immunes miretu serpẽtibꝰ essent. ℙrofuit in medijs sedẽ posuisse uenenis.

¶Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est. Sanguis in terram paruus cum decidit infans. ¶Ne qua sit externe ueneris mixtura timentes. Letifica dubias. Explorant aspide partus. ⌋Solinus etiam.⌊ Supra garamantas pfilij fuerunt contra noxium virus muniti incredibili corporis firmitate. soli morsibus anguiuz non iteribāt ꝛ ḡuis dente letali appetiti incorrupta durabant sanitate. ¶Recentes etiam editos serpentibus efferebāt. si eēnt partus adulteri matrum crimina plectebantur: interitu paruuloꝝ. si pudici probos ortꝰ a morte paterni sanguis priuilegium tuebat. sic originis fidem ꝓbabant uenenis iudicantibus. Sed hec gens interijt a nasamonibus capta. neqz quicq̄ aliud̄ preter opinionem de uestigio nominis sui pfilij reliquerunt. ⌋Ophiogenes gens est in insula paro habitans. eandem cum pfilijs contra serpētes vim habens. de qua plinius loquēs gente ait.⌊ Ex quadā familia legatus exagon noie a ꝓsulibus rome in dolium serpentum ꝓiectus experimēti causa circūmulcentibus linguis miraculum prebuit. ⌋Subiungit etiā.⌊ Signuz eius familie est si modo adhuc durat. ⌋Marsoꝝ etiam gens in italia similē habere cum prefatis vim dicit. ij enim rome viperas uenabant. ꝛ ad esum ꝛ theriace ꝓfectionem. a quibus Galenus libro de medicis simplicibus. xj°. de carne vipere loquēs quesiuisse scripsit. an aliquod signum esset discretiuuz inter eas vipas que sitim faciunt ꝛ eas que nō faciūt sitim dicēs.⌊ Jccirco interrogaui uenātes rome echidnas quos marsos appellant. si quod hērent docere me signū discretiuuz utri usqz generis echidnarum.⌋Idem etiaz libro ad glauconem.⌊ Dabis sic ipsas viperas edēdas homini elephātioso. ꝛ miraberis effectum utilitatis earū. quas sic dabis sine dubio ut marsos vidimus dare.⌋Ego igit marsos in italia viparum fuisse ad medicamina uenatores a senioribus intelligens: sciēs etiam quoddā esse serpētum genus: materno ꝓmone marassus dictuz: quadā si phas est a noium ꝓuenietia habita licētia: puto illos sic dictos marassos: viperas esse quas marsi uenabant. ꝛ eos tūc ꝓmo appellatos a uenatoꝝ noie marsos. postea uocabulū ꝑ uti pluries fit a vulgaribus fuisse corruptuz. vz iuncta vna lra scilz. A. de marsi factū est marassi. Et in hoc fidem est q̄ ea que a sentoribus de vipera dicta sunt in istis vulgo dictis marassi reperiunt. parium enim aial ꝛ formam corporis hñt supius descriptā. licet forte lōgo post hoc tpis defluxu: ꝛ hoium ignauia: nomē hoc marassus qō eo tpe viperis accōmodabat: iam a nonnullis nō viperis sed alijs serpētum spēbus ab aliquibus attribuat. ¶Hic patet viri illius error qui licet viperas dixerit eas esse que in cura lepre ꝛ theriace ꝓfectione accipiunt ueritati in hoc ꝓsentiens minus docte tñ scripsit cum dixit illas viperas Galenum in. xj°. de simplicibus medicinis nūcupasse marassos. nō enim marassos scripsit sed marsos uti supius monstratum est. ¶Harū igit trium gentium mirāda fuit cōtra serpentes vis. ¶Nō minus etiam mirāda quorūdā vis in affrica habitantiū in insula quadam nili contra crocodillos. ij enim corpore statura breues: nitrice dicti: crocodillis dominant: ceteris hoibus infestissimis. de quibus sic a ¶Plinio scribit.⌊ Nā in insula nili nitrice nascētes tanto sunt crocodillis terrori: ut uocem quoqz eoꝝ fugiant.⌋De crocodillis etiā loquēs ait.⌊ Quin ꝛ gēs hoiuz est huic belue aduersa in ipo nilo in interiori nitri insula quā habitat appellata. mensura eoꝝ parua sed ꝓsentia animi in hoc tñ usu ita terribilis. hec cōtra fugaces belua est fugax cōtra serpētes. sed aduersum tre soli ij audēt qui ꝛ flumini inatant: doꝝsoqz equitātiuz modo impositi: hiantibus resupino capite admorsum addita mox claua a dextra leuaqz tenētes: extrema eius utrinqz ut frena in terrā agunt. captiuos ac uoce etiam sola territos cogunt euomere recentia corpora ad sepulturā. Itaqz ei vni insule crocodilli nō adnatant olfactuqz eius gñis hoium ut pfilloꝝ serpētes fugant.⌋ Et hec satis de gentibus illis que serpētibus ꝛ crocodillis dñabant. hec enim hoc in loco deduxi ꝓpter marsos in italia viparum uenatores a quibus vipa ipa suscepit nomen. qō postea ut puto in aliud. ſ. marassum vitiatuz inuenit. Inter tot igit serpētum gñia que nam sit illa serpens que theriacā magnā ingredit. qñ illa est que grece echis ꝛ echidna dicit latine aūt vipera ꝛ non thirus. ex ijs satis demonstratum esse puto. De erroribus autē circa hoc in quos plurimi ac fere oēs de hoc scribētes latini inciderunt tam re q̄ nomine nunc disputandum est existimo.

Sectio secunda

de latinoꝝ erroribus tā interpretum q̄ reliquorum phoꝝ ac medicoꝝ. Et primo de errore interpretuz ex arabica in latinā interpretantium linguam.

¶Rubesco ꝓfecto q tot ac tanti circa hoc animal ꝛ e phi ꝛ medici defecerint latini: licet in ceteris alijs eruditissimi. ¶Nec parua mihi visa est ꝓuincia ut inter tales ac tātos uellem tanq̄ arbiter iudicare viros. ſ id mihi pro debita defensione assumā: qō alias in libello assū psi quem de ordine doctrine phȳsice Aristotelis edidi. in quo ueritatis clipeo cōtra errantes phos latinos me muniui. Nam etsi ueritas ut plurimuz odium parere soleat: eam tñ a phis colendam esse putat. Legite igit parūper queso ꝛ ea que hactenus scripta: ꝛ ea que mox disputanda sunt. si enim recto inspexeritis supcilio: ꝛ absq̄ ullo iudicaueritis liuore: me ꝓfecto nō inani gloria nec alia de causa q̄ ẓelo ueritatis hec scripsisse cognoscetis. Ad id igit vnde fluxit ꝓmo redeuntes: dicimus duo fuisse scriptoꝝ genera qui circa sciam huius aialis peccauere. ſ. interpretes arabicoruz libroꝝ. Et phi ac medici qui ex malis interptationibus in errorem elapsi sunt. ¶Peccauit enim Simon ianuensis qui libruz de simplici medicina Serapionis ꝛ Albucasim interptatꝰ est. De quo libro Albertus alemanus libro. xxv. suo de aialibus: capite de animalibus a littera. T. incipiētibus: de thiro loquēs: mentionem fecit. ¶Peccauit ꝛ ¶Raynaldus de villa noua qui libruz de viribus cordis Auicēne ex arabico in linguā latinā male interpretatus est. ¶Peccauere quo q̄ illi quicūqz fuerint qui ¶Haliabatē ꝛ alios nōnullos interpretati sunt auctores arabicos. ¶Neqz delictum hoc in libris medicine solum: sed in libris Aristotelis qui ex arabica in latinā deducti sunt linguaz euidenter cōmissum est. In ijs enim oibus ubi viperā interptari debuerant: illic thirum interptati sunt. nec mirū qm eoꝝ pluri mi arabicā ignorantes linguā aliorū suffragio usi sunt. eo quippe modo quo Simon ianuēsis abrahā iudeū auxilio in libri de simplicibus medicinis Serapionis ꝛ albucasis interpretatione usus est. Ignari enim ut dixi literarum arabicarum neqz nois huius theriaca ethimologiam intelligētes: putantes aūt non a sui ꝓferētia sed ab ingrediente potius aiali: theriacam dici: credidē thirum illius animalis esse particulare nomen. quare ubicunqz apud arabes nomen animalis theriacam conficientis inuenere: ipsum thirum interpretati sunt. cū tñ viperā iterptari debuerāt: itaqz ois hui° erroris causa fuit ꝛ arabicarum litterarum ꝛ huius greci nominis ethimologie inscitia. si enim theriacam ab hoc nomine thirion deriuari: ꝛ thiriā feram significare sciuissent: thirum ꝓfecto vnum speciale animal esse non dixissent. Quo errore factum est ut non nomine solo sed usqz ad rem processerit ignorantia. cum magna ex theriace carentia hominum iactura. Et ut horum error magis detegatur. cum arabicas matres non habeamus a Serapionis capitulo initium faciemus. ex quo de facili tota interpretuz de nudabit imperitia. ¶Nec alicui supfluum videri debet si

uerba omnia Serapionis ꝛ Dioscoridis ꝛ Galeni partim introduxero.ijs enim tota interpretum eluceſcet inſcitia. Ait igiſ Serapio.⌊ Lahame alfahai ideſt caro thiri. Galenus caro thiri calefacit ꝛ deſiccat.⌋ Duos fuit huius interpretis in hoc libro nomina primo ꝓponere arabica.deinde ſuā ſubdere interpretationem.ꝓponit ergo hec duo uerba uel ſimilia.ſiue enīz hec ſiue alia nihil intereſt.vnum hoc eſt uerum. q thirum nomen minime ꝓponit ſed ipſm in eoꝝ nominum arabicoꝝ expoſitione ſubiūxit.ſint igiſ iſta duo nomia prefata lahame alfahai.ijs ꝓpoſitis interpretat ea dicens. ideſt caro thiri. Certum enim eſt horum nominum vnum carnem qđcunqz de illis duobus ſit:alterum vō animal vnuz ſignificare particulare.de cuius carne eſt preſens ſermo.Sic eſt.non igiſ in matre arabica ſcriptum fuit a Serapione hoc nomen thirus.ſed hoc nomen ab interprete poſitum fuit.quare Serapio non poſuit thirum in ſua matre.ſed vnum de duobus ꝓpoſitis nominibus.nō ergo fuit Serapionis ſed interpretis vitium. Quod etiaz per illud aduerbium.⌊ ideſt ⌋liquido cognoſcitur.cum dixit uerba Serapionis exponēdo.⌊ ideſt caro thiri.⌋ hec enim eſt interpretis non Serapionis expoſitio falſa.dicere enim debuerat. ideſt vipere caro. ꝛ non thiri caro. Ex modo itaqz loquendi vitium hoc non Serapionis ſed Simonis interpretis faciliter agnoſcit.cum loco vipere thirum appoſuerit. Oꝛ enim viperam ꝛ nō thirum interpretari debuerat.non ſolum ex ijs que circa initia de nomine theriace ſcripta ſunt cognoſci poterat:ſed ex totius capituli Serapionis ſententijs ac uerbis ꝓcipi pōt. Nā totū ℔ apionis caput a Galeno.xj°de ſimplicib⁹ medicinis libro.ꝛ a Dioſcoride greco de carne vipere aſſumptum eſt.que omnia non de thiro.ſz de echidna.i.vipera.ꝛ a Dioſcoride primo ꝛ poſt eū a Galeno tradita fuerant.ut ipſemet Serapio eoruz auctoritates interponit. Que ego maioris dilucidationis gratia ſm eorum ſeriem apponam. Dixit enim Dioſcorides.⌊ ἐχιδνης σαρξ τε.⌋ quod totum ſic interpretatur.⌊ Vipere caro ſi comeſta fuerit acutos reddit oculos.ꝛ renibus congruit.ꝛ creſcentes manuum nodos ſiſtit. Oportet aūt poſtqz decorticaueris ipſam abſcindere caput ꝛ caudam ꝓpter gracilitatem que eſt in eis. Fabuloſa enim eſt que dicit extremoꝝ abſciſio ad quandā menſuram.reliquum lotum ꝛ in fruſta ſectum coquendum eſt cum oleo ꝛ vino ꝛ granis ſalis paucis ꝛ aneto. Ferunt aūt pediculos gignere admittentibus. quod eſt falſum.tradunt etiam nōnulli longe ſenectutis eē comedentes ipſas. Arbitrant ꝛ ſales ex eadem.non tñ eque operant. Imponat aūt vipera in olam nouam ꝛ cum illa ſalis ficuum tritarum ſexte quinque uel ſex ciatis mellis.lutoqz obturat os ole ꝛ torrek in fornace donec fiant carbones ſales.poſtea minutim contriti reponant mixta illis ad faciendum bonum ſtomacum nardi ſpica aut folio aut marabatro pauco.⌋ Vides quonāmodo Serapio a Dioſcoride de vipere carne carnitūqz ꝓparatiōe ac virtutibus ꝛ ſale echidnaruz omnia fere ſuſcepit.imo quaſi eius uerba aſſumpſit.id enim quod Dioſcorides grece ſcripſit⌊ ἐχιδνης σαρξ.⌋ ideſt vipere caro. Serapio in matre arabica ſcripſit⌊ lahame alfahai ⌋quod poſtea interpres⌊ thiri caro⌋ male interpretatus eſt.quod profecto interpretis vitium:etiam a Galeni uerbis clariſſime dignoſcit. Scripſit enim.⌊ Echidnaruz igiſ carnes calefacientes ſiccanteſqz palam eſt videre:conditas ut anguille.oleo ſale aneto ꝛ porro ꝛ aqua ſcilz ꝓportionali ijs.q aūt mundificent per cutim totum corpus:ſuppetit tibi cernere ex ijs quoqz que expertus ſum.⌋ Vides igiſ Serapionem in hoc capite Dioſcoridez ꝛ Galenum imitatum fuiſſe. Narrat quoqz Galenus ea que de viperis in cura lepre tam a caſu qz a deliberatione in vino infuſis dum iuuenis eſſet euenīſſe conſpexit. De quibus ipſe etiam Serapio ſic ſcripſit.⌊ Et iam uerificauit experientia q thirus quādo ponit in vino ꝛ bibunt ex eo leproſi ingroſſat cutis eorū tota.deinde cadit ſicut cadunt teſte ꝛc̄.⌋ que omnia in loco prefato a Galeno ſumpta ſunt. Quare ſi Dioſcorides: ſi Galen⁹ de echidna ſiue vipera hec oia talia dicta ptractauerint ꝛ hos duos Serapio in hoc capite imitat⁹ ſit.cur igiſ tale neſcio quid nomen hic interpres deduxit in mediuz.qđ nomē uel fictum eſt nihil ſignificans ſi ſic ut ipſi ſcripſerūt accipiat.uel feram in genere ſi recte accipiat thirion uel thir ſignificabit. Error igiſ huius nominis non auctoris Serapionis ut quidam credidit:ſed interpretis potius fuit vitium. Nam Serapio ipſemet in ſue practice libro tuz alibi.tuz ꝛ ijs in locis ubi de cura lepre ꝛ cura uenenatorum animalium ꝛ in confectione theriace agit:ſemp de vipera:nullum de thiro vnqz fecit uerbum.cum tamen ijs in locis de eodem loquat animali de quo in prefato libri de ſimplicibus capite locutus fuerit. Similiter etiā Auicēna quinto ſui canonis libro de theriaca loquens. ꝛ q̄rto de cura uenenatoꝝ ꝛ de cura lepre ꝛ ubiqz locorum ſui canonis nunqz de thiro ſed de vipera ſuis ſcripſit locis.qđqz in quarto libro de cura lepre ſic reperiat.⌊ Et ut in potu ſumat de trociſcis thiri.⌋ Et quinto ait.⌊ Deſcriptio alia.ℨ.trociſcorum ſquille aureos.xxviij. trociſcoꝝ vipere ꝛc̄.⌋ idem enim intellexit per thiri trociſcos ꝛ vipere trociſcos.aliquando enim eos thiri: aliquando vipere nuncupauit trociſcos.ſeu de vipera ꝛ ex vipa. Illi enim trociſci thirij dicti ſunt ideſt ferales. Eos enīz Galenus trociſcos theriacales. Plinius theriacos. i.ferales nūcuparunt. Auicenna aūt trociſcos thiri ſiue thirios ideſt ferales nuncupauit. Cum igiſ Auicenna ꝛ Serapio in ijs ſuis uoluminibus a Gerardo Cremonē ſe viro in arabico prefatis peritiore in latinam deducti ſint linguā:merito non de thiro ſed de vipera eis ſuus factus eſt ſermo. Et hac etiam de cauſa in libro Almāſoris ꝛ libro diuiſionum nunqz de thiro ſed de vipa fit ſermo.ꝛ ſi forte in Auicēna locis prefatis thirum inueneris hoc rariſſime fit.per thirum ſerpentem potius ꝛ ferāz in cōmuni intelligendo:qđqz vnum particulare animal. Ijs igiſ ſatis lucide monſtratum eſſe videt peccatum huius nominis thirus non ab arabibus:ſed ab ijs interptib⁹ qui libros arabicos nō recte interptati ſunt origines traxiſſe. Id enim quod de medicis dictum eſt codicibus: in Ariſtotelis quoqz uoluminibus de animalium hiſtorijs ex arabica in linguā deductis latinā inuentum eſt. Nam ea parte qua dixerat tertio libro ꝛ quinto viperaz animal parere ſolam inter ſerpentes:ſui interpretes de arabica in latinam linguā thiruz interptati ſunt.quo errore etiam Albertus alemanus lapſus fuit.qđ enīz grece Ariſtoteles echim uel echidnā dixit:illi mendoſe thiruz dixere.cuz tñ viperā potius dicere debuiſſent.eo qp pe modo quo theodorus gaça vir illuſtris interptatus eſt.ꝛ quo noīe ℙlinius ſemp uſus fuerat. Oꝛ igiſ ignari litterarū arabicarū interptes.ij fuerint qui ꝑmo hoc nomen thirus apud noſtros finxerint:cuz tñ arabes ipſi auctores huius erroris nullā adhibuerint cām:ex ijs ſatis lucide demōſtratum eſt. Quāta aūt fuerit interptū ꝛ ſcriptoꝝ impitia:hoc etiam nobis Galeni diuerſe interptationes oſtēdunt.ij enim qui ex arabica in latinaz interptati ſunt linguā:thirū loco vipe deduxere.qui vō ex greca in latinā linguā:echidnā uel viperam interpretati ſunt. Adeo aūt in ijs creuit error ut noſtri tpis impſſores eiuſdem libri de ſimplicib⁹ medicinis Galeni pores libros ſex ex arabica:ꝛ poſteriores ex greca ſumentes monſtruoſe impreſſerint.quo factū eſt ut eodē eſt in libro a ſeptimo libro ad anteriora thirus.a ſeptimo uſqz in calcem echidna reperiatur.

¶ Generalis diſputatio contra philoſophos ac medicos latinos de animali theriacā conficiente:ꝛ hoc nomie thi

rus/male sentientes.

Occasione horum interptum loco vi pere thirum falso interpre tatium:plurimi ac fere oēs iuniores phi ac medici latini qui de hoc aiali locuti sunt in errorem incide runt.seniores quippe ab interptibus:iuniores aūt z ab interptibus z ab alijs phis z medicis senioribus sui er roris occasionem accipientes.adeo ut non solo noie qđ tolerari posset uerum ipsa quoq; re decepti sunt.quorū famosio: inter phos fuit Albertus alemanus qui in suo de aialib⁹ lib⁹ distincta duo de vipera z thiro scripsit capi ta:multa de thiro z falsa z pfusa scribēs.Ipse enim sui er roris occasionem ab interptatione libri de aialiuz histo rijs ex arabica in latinam facta linguā:z a capite Serapi onis supscripto incaute sumpsit.Cuius uestigia plurimi sbsecuti sunt.Petrus de appono in pcilio z alibi.Nico laus florētinus.Agregator de dondis z alij plures Al berto iuniores.licet eo etiam seniores fuerint medici q circa hoc prius errauerint.Cōtra quos quidē in cōmu ni pmo rōnibus quibusdā utar.deinde singulatim con tra nōnullos disputabo.Nostre aūt disputationis initiū cōtra hos potissimuz qui ab interptibus errorē sumpse runt.q̄z cōtra eosdem etiam interptes ee rōnes vim hēant:hinc ordiri oportet.Humay arabs theriace andro maci expositor sic scripsit.⌊ Incipiamus ergo z dicam⁹ quare dicit theriaca.dico ergo q ipa noiat ppter duas causas quaruz vna est ppter iuuamētuz suum ad pūctu ram reptiliuz hītiuz uenena.nam ipa noiant grece thi ria.⌋ Nomen ergo theriaca a noie greco descēdit.qđ si grecum est a grecis mutuari debet.sed apud grecos hec sola duo repiunt noia:a quib⁹ hoc nomen theriaca deri uari pōt scilicet thir.z therion.hec aūt duo nō vnū pticu lare aial sed cōmune qđ est fera uti pdiximus significat. Quare nō recte dixerūt dicētes thirum esse aial vnum pticulare ex quo theriaca denoiet z pficiat.Ad hec si h nomen thirus ex quo ut dicit theriaca pficit vnuz signi ficaret aial pticulare:tale pfecto z sui bñficij causa: cum theriacam pficeret:z sui curationis gratia cuz vnum de aialibus esset uenenatis a phis z medicis naturas serpē tum ptemplatibus z ex eo theriacā pficiētibus:accurate ptractatuz fuisset.esset enim in seniorz phoz ac medicoz libris famosissimū ac celebratissimuz aial qđ minime fa ctuz est.sub hoc enim noie thirus a seniorib⁹ grecis ara bibus aut latinis de nullo tali ptractatuz est aiali. Nam neq; Aristoteles in uera matre:qui eōntiā aialium cum opationib⁹:gnationem:z vitam:tam per historias q̄z in causaruz reditione tradidit:de thiro aiali pticulari nihil scripsit.Neq; Nicāder poeta qui de serpētibus poema inscriptuz theriaca cōposuit. Neq; Dioscorides qui de uenenatis aialibus plura scripsit:Neq; Corneli⁹ celsus: Neq; Lucanus:neq; Plinius qui aialiuz historias:ne q; Galenus qui de uenenatis aialibus plura scripsit z eoz curis:Neq; Herodotus historiographus:neq; stra bo cosmographus neq; Solinus qui de plurimis serpē tū spēb⁹ pnitiosis agūt.Nec tādē arabes.s.Humay An dromaci expositor nec Serapio nec Auicēna 4⁹ cano nis libro ubi de plurimis aialibus uenenatis singulatiz scripsit:de thiro ipo tanq̄z de vno pticulari aiali nō dixe ro tractauere sed nec vnuz de eo fecere uerbuz.uel si for te licet rarissime apud arabes dictos inuētum fuerit hoc nomē thiria uel sike nō pticulare sed gñale nomē.s.feraz aut serpētē itelligē uoluē.Ji eni pfati phi medici histori ographi cosmogphi z poete.de basilisco.cathoblepa.as pide.hyrūdie.ceraste.cherisidro.hidra.sepa.iaculo.āphi sbena.scitali.chelidro.chenchri.amodite.pharia.echid na idest vipa:z alijs plurib⁹ uti supius tradituz est.nās si gna z accītia externa z interna z curā diffuse satis tracta uere.de thiro aūt penit⁹ nihil.Et si forte in aliquo libro ab ijs edito thirum inueneris:nō hoc in matre greca aut arabica:sed in latino exēplo vitio interptis uti diximus vitiatū repies.Cedāt igit iuniores latini phi.cedat oia nostra medicoz turba:qui aut scriptis suis aut viua uo ce thirum aial vnuz pticulare pdicant.ex quo z pastillos theriacos z theriacā pfici dicūt.nō enim thirus dicit.sed echidna uel echis grece:latine vo vipa.Hec igit sit nra cōtra iuniores latinos cois disputatio.qua oēs quīcū tur medici z phi:dicētes thirum esse nomē aial vnum si ue spēm vnā serpētis significās ex quo theriaca pficiat. Est enim nomē mōstruosum z fictuz.Nunc aūt ad eos singulatim accedamus:quoz aliqui nō solo noie sz no minis occasione in ipa quoq; re nō parū deliquere.Si enim pfati solo peccassent noie:ipm thirū dicētes eē aial qđ theriacam ingredit:re aūt id acciperent qđ est vipa: cum illis pfecto nulla mea esset qrētio.Ceteruz cum ex noīs insciția in rei errorē inciderint:adeo ut in theriaca nōnulli aialia pnitiosiora:aliqui vo ea sola sumi debere dicāt que ex siria aut egipto exportari debeāt:ita ut tota fere hoium multitudo hac gloriosissima careat pfectiōe que theriaca dicit:putātes nōnulli aial illud eē qđ hor rendū oculis nostris mōstruosuz:adeo ut solo hoc noie qđ est thirus terrant.Jccirco nullo me pacto continere ualui quin cōtra hos licet in ceteris approbatissimos de hoc agerem animali.

¶ Specialis disputatio cōtra Albertum alemanum phi losophum.de thiro.

Albertus itaq; alemanus qui apud latinos plurima scripsit de aialibus:viperā a thiro posuit distinctā.de eis duo factēs capita:libro.xxv.de thiro littera.T.de vipera lra.V.De thiro quippe repto plurima nō in noie solo sed re quoq; mēdosa ac sibi inuicez ōria scripsisse.Et ut error iste magis dignoscat Aristotelis uerba de q̄tuor anguib⁹ z Alberti dicta mox apponēda vident.octauo enim de aialiū historijs libro sic scribit ab Aristotele uti theodorus gaça recte interptat.⌊ Anguiuz quoq; ictus per loca plurimū differunt.Aspis enim anguis ex quo medicamētuz illud putrificuz cōponūt in affrica gignit. Cui⁹ ictui nulluz remediuz est.⌋ De hoc ait Albert⁹ ibi dem.⌊ Adhuc morsus serpētuz magnā pm loca accipit diuersitatē.quoniaz draco quidam est in terra ethiopie ex quo generatur quedaz thiri species ex qua accipitur antichon hoc est uenenū pessimū cōtra qđ nulla est me dicina.⌋ Jā qđ Aristoteles in matre greca aspidem di xit.iste thirum uocauit.sikr supflue apposuit ipm ex dra cone gñari.nō igit noie solo sz re ipsa quoq; defecit.qui thirum loco aspidis accepit.De alio etiam serpente sub sequenter dum de aspide loqueret subdidit.⌋ Nascitur eodem in agro in quo laser serpens quidā pusillus cui⁹ remedium lapis est quem ex sepulcro cuiusdā regis an tiqui accipiunt.eoq; ptuso ex vino bibunt.⌋ Et de hoc Albertus inquit.⌊ Sikr aūt in loco libie quem alkian uocāt est serpens paruulus ualde qui morsu suo inficit z interficit hoies.z ferk q contra morsum eius nō ualet aliquid nisi lapis qui accipit in antiquissimis regum se pulturis qui sibi imbibit balsamum cum humore egres so de corpore mortui.hic acceptus z rasus in vino z in potu datus dicit hoc uenenuz restringere.De tertio ser pente inquit Aristoteles.⌊ Serpens quidam minutus est quem aliqui sacrum appellant quem angues prema gni fugiūt.magnitudo huic ad cubitū.spēs hirsuta qđ momorderit continuo circiter putrescit.de quo Albert⁹ ⌊ Jnuenitur aūt thirus siue serpens quidam quem gre ci alkineni dicunt.latini aūt quidam eum uocant basili scum.alij uerius uocant eum regulum.eo q est serpen tum rex.quem alij serpentes etiam magni fugiunt.cuz tamen in longitudine non excedat cubituz.z est pilosus in toto corpe.z qñ mordet aliqđ aial uel hoiez cito putre fiūt ea q circūstāt morsu ex calore uenēi.⌋ Ecce q̄nā mō

id qđ Aristoteles minutum uocauit serpentē Albertus thirum nuncupauit. Et id qđ Aristoteles dicit: quosdā illum serpētem uocasse sacruz: ipe Albertus dicit grecos eum basiliscū nūcupasse. nō soluz enim thirū de hoc serpēte finxit nomē. sed basiliscū etiā nomen thiri appellauit. De quarto serpēte scripsit Aristoteles. ⌊ Est ꝓterea in indica regione serpēs paruus cui⁹ vnius remedio carēt incole. ⌋ De hoc aūt Albertus ingt. ⌊ Silr aūt in india inuenit qdā paruus thirus quez uocāt basiliscum. ꝛ morsus hui⁹ est adeo fortis ꝛ calidi ueneni q ꝓtra ipsuz nō iuenit medicina. ⌋ Ecce quonāmodo in hac quoqz serpētis specie noie peccauit tm̄ appellādo thirū: quez serpentē paruū nūcupauit Aristoteles. basiliscū quoqz i hoc loco thiz nūcupās: nō noie solo sed re etiā deliquit. Tāta est enim huius viri in ijs noibus ꝓfusio: ut nemo qđ senserit de ijs accipe ualet. ¶ Hic enim thirū uocat basiliscū cuz tū inferi⁹ libro. xxv. basiliscū in littera. B. a thiro distinctū posuerit. Ex ijs itaqz satis notū est Albertū in ijs quatuor serpētuz spēbus aut saltē tribus grauiter peccasse. eas. s. thiros appellādo: ac basiliscos. cū tū Aristoteles in matre greca aspidē vnā de illis: ꝛ alias serpentes similiter nūcupauerit. In quem errorē libro etiā. xxv. littera. T. manifeste incidit. loquēs enim de thiro circa capituli finē: duas thiri posuit spēs. easdez. s. quas p̄fato loco libro. 7°. tertiā ac quartā posuit. sic dicēs in littera. T ⌊ ¶ Deinde tū in hoc gñe serpētis. supple qui thirus dicit: est quoddā genus paruuz cubitale in longitudine cuius pellis est hispida pilosa. ꝛ cui⁹ morsus peior est. ꝛ putrefaciēs corp⁹ ex loco vulneris in circuitu. ꝛ sic occidēs. ⌋ Deinde ibiunxit. ⌊ Thirus autē indie qui minor est q̄z cubitus pnitiosus est sup oēs alios thiros. ⌋ Ee due spēcies sūt ille quas libro. 7°. tertiā ac quartā posuit in ordine. licet illic: thiros hos basiliscos libie ꝛ indie. hic autez thiros solū nūcupauit. ỹ igit sunt errores in quos occasione interp̄tis p̄fatus Albertus incautus icidit. ¶ Preter hos thiros libro 7°. aliā thiri spēm posuit Albertus quā apud nos eē dixit. ⌊ Adhuc aūt nō oportet latere q thirus apd nos est serpēs quidā anteriora sui corporis erigens de quo sup̄ diximus. ꝛ de carnibus eius recipit in cōpone theriace. hic aūt nō utimur sic thiro sed pro gñe serpētis qđ sub se multas ꝓtinet spēs siue calidū habeāt uenenū siue frigidū. ⌋ per que v̄ba tria colligunt. Unū est q apud nos vna sit thiri spēs: ex qua fit theriaca. Secundū est q thirus iste ab alijs quatuor serpentū spēbus quas supius thiros uocauit: apprime sit diuersus. cum vnū aial pticulare sit ex quo theriaca ꝓficit. Tertium est q cum supiores serpētes thiri dicant: tunc hoc nomen thirus pro vno serpentū gñe capit: qđ sub se multas ꝓtinet spēs: ex quo basilisc⁹ sub eo ꝓtineat. Quib⁹ ex v̄bis vna colligit diuisio. videlicet q thirus vno mō dicatur de spāli aiali qđ apud nos theriacā cōponit. Alio mō est genus serpentū sub se plures ꝓtinēs serpentū spēs. puta basiliscū ꝛ alios. Sed certe si ea que scripsimus recte cōsideraueris in ijs plura iuenies nō recte dicta. Hoc enim dictū ad placitū ꝛ falso dictū est. Ad placitū qdē qm̄ nec ab Aristotele nec ab ullo phoz aut medicoz vnqz inuētum fuit ut thirus sit vnū sb serpēte cōe nomen ꝛ genus sub se tamē plures ꝓtinēs serpētes. sed thirion est serpētum genus cuz thirion ferā significet. ꝛ si tale forte reperies hec nō in matrib⁹ sed vitio interp̄tū factuz inuenies: uti supius mōstratū est. Falso aūt dictū est. qm̄ illud pticulare aial qđ theriacā ingredit nō thirus sed vipera dicit. Falsum etiā quoniam thirus nō est alicuius generis serpentū nomē. sed therion uti dixi. ¶ Patet igitur quātā in se Alberti dictū ꝓtineat ueritatē. hoc solum. s. q apud nos animal reperit erecto incedens capite: ex quo theriaca ꝓficit apud nos. q̄z q̄z plura alia necesse sit ad ih̄ habere signa ultra hoc q caput erectuz deferat: ut tale aial theriacā ingredies a ceteris dignoscat serpentibus. hoc enim aial est vipa ꝛ non thirus uti pbauimus. Id tū qđ mihi dubitationē de hoc aiali apud nos inuento inducit ex quo dicit ꝓfici theriacā: est utruz illud aial de quo hic loquit sit illud de quo libro. xxv. littera. T. agit ubi sic dicit. ⌊ Thirus aūt qui apud nos abūdat est serpēs duorū aut triū cubitoz ꝛc. ⌋ ¶ Nam si sic: tunc eius dictuz est falsuz. qm̄ de hoc littera. T. ipsemet dicit ip̄m nō esse uenenosū ꝛ eē nigrū. aial aūt ex quo theriaca cōficit ueneno suz est in medio uenenatoz ꝓsistens gradu. ꝛ flaui non nigri coloris. Si nō cur ergo i littera. T. diminut⁹ fuit: eā derelinquēs thiri spēm que nature humane cōmodi oz putat. cū ex ea the^ca ꝓficiat. Dices fortassis de eo thiro tradidisse in p̄n⁹ cum dixerit vnā thiri spēm in apeninis italie montib⁹ repiri. sed neqz illud illius insufficiētiā excusat. qm̄ aial ex q apud nos theriaca ꝓficit non in solis nutrit apeninis montib⁹ sed ubiqz per totā italiaz. Sua etiā insufficientia magis cognoscet: si ea ab eo in lra. T. tradita de thiro colligant. ¶ Nam ibi ponit thiruz in iordanis solitudine. Alterū in italie apeninis montibus. Alterū dicit inueniri apud nos nō uenenatū. Alterum apud ethiopas quem dicit uenenatū in p̄mo gradu Alterū in libia. Alterū indicū quos duos basiliscos appellat. de ijs oibus ex duob⁹ ijs thirijs dictis basiliscis nō fit theriaca. Ex illo quem dicit littera. T. esse apud nos cum nulluz in se ꝓtineat uenenuz silr nō fit theriaca. Ex ijs igit solis ex uerbis suis theriaca ꝓficit: videlz ex thiro in iordanis solitudine: in italie apeninis montibus: ꝛ thiro ethiopie sub cancro. hoc aūt falsuz ꝛ diminutum est. qm̄ ꝛ i asia tota ꝛ affrica: ꝛ europe ptib⁹: aial theriacā cōficiēs inuenit. s. vipera. de ea enim vipa in miori asia inuēta Galenus. xj⁰ de simplicibus medicinis libro scripsit: nōnullos: ꝛ casu: ꝛ deliberatione sanatos ex potu vini in quo vipera in illius regionis agro extincta fuerat. quare aial theriacā ꝓficiens nō solum in illis p̄fatis locis sed alibi etiā repit. Ridiculū enim est credere q quī theriacā ꝓficere uelit necesse sit uel ad iordanis solitudinem uel ad ethiopas uel ad apeninos italie montes accedere. Quare satis notū esse puto: Albertū libro 7°. ac libro. xxv. littera. T. de thiro nō solo noie sed re quoqz male sensisse. Ad hec sua dicta ꝓria sunt ijs que a sapiētibus medicis tradita sunt. Galenus enim ꝛ alij aspidez ꝛ alias respuūt serpētes que in p̄mo sunt uenenatorum gradu eo q nimia sui uenenositate morte potius q̄z salutem induceret. Ipe aūt Albertus littera. T. ꝓrius dixit. ⌊ Est aūt genus thiri uenenosuz ꝛ est oꝛdis p̄mi qđ licet carnib⁹ suis infecta curet mēbra sicut lepra ꝛ uenenata ꝓpter qđ theriaca de carnibus eius ꝓficit ꝛc. ⌋ Ad hec peccauit Albertus non in ijs solis que de thiro prefata sunt. sed etiā circa plurima sui accūtia. De exuuijs enim de ethiopie thiro loquens dixit. ⌊ ¶ Hic serpens in ethiopia sub cancro more draconis se expoliat p⁰: inter oculos primo soluēdo. ita q quasi acus apparet. ꝛ deide sb capite ꝛ postea sub spatio vnius noctis ꝛ diei de toto corpore per angusta transiens deponit ꝛ sic redit ad iuuentutem. ⌋ ¶ Per hec enim asserere videt hunc exuuiarum moduz soli thiro ethiopie ꝓpriuz esse. qđ nō est. cuz iste modus exuuiarū oibus serpētibus ab Aristotele octauo de historijs aialium libro accōmodatus sit. cū dixit. ⌊ Vipera etiā exuit tam uere q̄z autūno. Cum serpens exuere incipit ab oculis primū detrahi aiunt. ita ut obcecari videant ijs qui rem nō intelligunt. tum caput exuitur. glabrum enim hoc oium anteq̄z reliquuz corpus apparet. ⌋ quin ipse Albertus sup illo Aristotelis textu de thiro simpliciter exponit dicens. ⌊ Thirus autē serpens p̄us expoliat ꝛc. ⌋ quarta igitur de eodem in diuersis loquit locis. nunc de thiro simpliciter: nūc de thiro ethiopie: eundem ponens exuuiarum modum tanq̄z de re sibi ignota decens. quod profecto et accidit ex mala interpretum translatione. qui thirum ꝛ loco vipere ꝛ loco

serpentis sepe usi fuĕ. Amplius de hoc animali quo ad eius generationē in dictis suis videt diuersitas. Nam libro. xxv. littera. T. de thiro sic dixit. ¶ Hic serpens est de genere vipere quia primo intus ouat. z postea extra parit animal ¶ de quibus uerbis hoc pmo falsum est. vz thirū esse de gñe vipe. quasi uelit viperā genus esse z ad alia z ad thirū. qđ nō est. vipa enim est ipe thirus. si pro thiro aial cōponēs theriacā accipiat. Si aūt thir⁹ pro cōmuni gñe pluriū aialiū accipiat ut i 7° dixit libro: ita ut sub eo basiliscus ꝓtineat: falsuz est q thirus sit de gñe vipere. nō enī sub vipa basiliscus ꝓtinet. ūre hoc suū dictū nullā in se ꝓtinet ueritatē cū dixit. ¶ Hic serpēs est de genere vipe. ¶ Immo dici debet. hic serpēs est ipa vipera. neq; huiusmodi vba scripsisset si theriace nomen a thiri on non a thiro ficto uocabulo ferā in gñe nō aūt aial aliqđ ꝑticulare significāte: scuisset. Item pmo ille ꝑius est ijs que scdo libro tractatu scdo capło ūrto ipemet sic scripsit. ¶ Oia enīz gña serpentū faciūt ouа ꝑter thirū ut dicit Aristoteles. z est corrupta sua littera. qñ ille qui uere thirus est notus est apud nos z fit ex ipo theriaca. z facit ouа. sed serpēs qui gñat aial est vipa que ēt sepe cuz utero eius cōprimit emittit aialia duo uel vnū z aliqñ plura ¶ in ijs enīz vbis manifesta apparet cuz ꝑfatis ꝛdictio. apparet etiā falsitas Aristotelis enīz: ut ingt Albertus: sensus in illo loco. s. tertio historiaruz de aialib⁹ libro est q vipa in lucē edit aial: ceteri serpētes ouа z ea incubāt. qđ aūt in matre Aristoteles dixit de vipa Albertus interꝑtatiōe indecēti decept⁹ dixit de thiro. Et dicit litterā esse corruptā de quo dicto sub sensu Alberti mētit. Dicit enīz thirū ꝓprie ex quo fit theriaca parere ouа. ide falsam esse litterā. uere mēdosa est. nō in eo ipō sensu quez Albertus habuit. Credidit enīz mēdosam eē credēs dici debere. q thirus parit ouа nō aial viuū. qđ falsuz est. qñ Aristotelis vba de vipa sunt: ut patet z in Theodori gaçe interꝑtatione z in matre greca z in hoc loco ꝑncipio ūrti libri de aialiuz ꝓtib⁹. z in fine qnti de historijs semp enīz de vipa loquēs fikta scribit de vipa z nō de thiro ficto noīe. ūre Aristotelis littera ſb sensu Alberti minime mēdosa est. sed in eo qppe mēdosa est q vipe loco interꝑtato: ex arabica in linguā deducēs latinā: non vipa sed thirū scripsit. Cōtradictio aūt in suis apparet dictis. qñ id qđ in ꝑsenti negat littera: alibi confirmat. hic enim negat thirū parere aial dicēs ipm parere ouа. in libro vo. xxv°. littera. T. penit° ūrtuz dicit. ¶ Hic serpens est de gñe vipe q: pmo int° ouat. z postea eꝫ parit aial ¶ Et. 13° libro tractatu scdo capite 4° sic scripsit. ¶ Et similiter quodāmō facit thirus hic enīz gñat qđē aial. sed ꝑus cōcipit ouū in seipo: sicut sepe dictū est. ¶ Oꝫ manifesta igit sit inter dicta sua de thiro in locis diuersis ꝛrietas z falsitas satis monstratū esse puto. ¶ Hec aūt ideo euenere qñ qđ uere esset thirus ignorauit inscitie cui⁹ causa mala uti diximus fuit interꝑtū arabicoꝛ libroꝛ interꝑtatio qui id qđ nūc serpētes nūc viperā interꝑtari debuerint thirū falso iterꝑtati sunt. tā in libro Serapionis de simplicib⁹: q̄z in plurib⁹ alijs sapiētū medicoꝛ arabicoꝛ: q̄z etiā in Aristotelicis ꝛscriptionib⁹ ex arabica in linguaz deductis latinā. quoꝛ potissime occasione auctor hic in suo de aialib⁹ libro in hos ꝑfatos iciđit errores. ¶ Nec mireris si ꝛtra Albertū plurimis de thiro institi rōnibus. ¶ Hoc enīz de industria feci eo q hic vnus iter latinos de pmis sit: qui de aialib⁹: potissime de thiro: plura scripserit. z qcqđ fere ceteri scripsere pbi aut medici latini: hūc imitādo z incaute malas interꝑtatiōes inspiciendo decepti sunt. Et hac de causa de ceteris pauca admodū: cum de malis interꝑtationibus z Alberto alemano plura dixerimus: disputanda sunt.

¶ Spālis disputatio ꝛ Nicolaū medicū de thiro.

n **Icolaus** in antidotario magno i theriace magne compositione nō parum differt. capite enim trocisco rum de vipera sic scripsit. ¶ Trocisci de thiro qui i magna galeni theriaca recipiunt sic fiunt. Inuenias thiros in lōgitudie vnius palmi exĩtes: oculos hītes rubeos: z linguā mobilez: z cornua in modū grani frumēti. caput z caudā trib⁹ digitis mensuratis abscinde. mediū qđ remanet excoria. ¶ Hic vir ꝓfecto vnū suo mō finxit thirū mōstruosuz: a sapiētib⁹ nostris icognitū. Cui⁹ caput cerastis siue cornute caput. Lōgitudo vo iaculi uel pm solinū basilisci. quo circa nō parū de hoc miro: viro. qui in cōponēdis medicaminib⁹ adeo celebris putat: q in hac oium cōpōnuz dña tū breuiter diminute ac falso processerit. Falso inq̄z: qñ id aial qđ theriacas ꝓficit pastillos: nō thirus uti probatū est sed vipa dicit. falso etiā qñ nō cornutū aial neq; tā breue sed longius cognouē pbi. Diminute vo qñ notas eas quib⁹ tale aial a ceteris z a seipo discernitur a galeno z ceteris seniorib⁹ positas: minime disputauit. que note uti supius patuit plurime sunt. nō enim eo q cornua habeat: aut eo q eius lōgitudo vnius sit palmi: vipera a sapiētib⁹ dat cognosci. Sed eo q caput latum collū gracile. z de reliquis tam internis q̄z externis que supius tradita sunt. Ad hec utrum ea sumant que mōtana aut marina aut famelicēs aut filibus affecta passionibus in supioriб⁹ declaratis: z quo tpe an estate an uere an autūno: minime disputauit. Non igit magne theriace cōfectionē ijs necessarijs decorauit reb⁹: quibus nomen sui antidotarij: quo magnum nuncupat: ornari deuerit. quare diminutus fuit. Neq; scio quo nā mō theriacam iste cōposuerit qui monstruosum animal nunq̄z iuentū inuenire curauit. Et de nicolao isto hec satis sint.

¶ Specialis disputatio cōtra ¶ Petrū de appono. de thiro.

p **Etrus** de appono qui librum Lōcilatorem z libellū de uenenis composuit: si nō re: noie saltē peccauit. Scripsit enīz hec in suo ꝛcilio dīa. 127. de theriaca loquēs. ¶ Et dicit a thiro serpēte qñ carnes ingrediunt ipius in eā. z sūt uelut radix z basis istius medicine. ita q eis ꝑuatis destruit ipa. ¶ z dīa. 179. ¶ Sciēdum q theriaca est multiplex pm diuersitatē cōpōnētū. Cui tn illud nomē ꝓpriꝰ ꝛuenit: theriaca: est magna andromaci aut galeni i quaz caro ingredit thiri serpētis vnde notationem est sortita. que aūt hanc nō suscipit methaphorice dicit theriaca. ut que diatessaron. eo q ad illius similitudinē uenenoruz depellat nocumēta. ¶ Et idem libro de uenenis de eoꝫ ꝑcustodia loquēs dixit. ¶ Unū est sicut cornua serpētis que sudant aduentu. s. napelli z thiri z fellis leopardi. ¶ Et eodem libro. ¶ Et ipe. s. andromacus est adiungens carnes thirioꝛ z terram sigillatā. ¶ Ex quib⁹ tres eliciuntur errores. Unus: qñ in ijs oīb⁹ libris thirū cuz ceteris in hoc errātib⁹ putauit esse nomen aialis ꝓpriū theriacā conficiētis. qđ manifeste in supioribus improbatuz est. Alter error est qñ theriacā a thiro ingrediente putauit dici. hoc etiā in supioriб⁹ mōstratū est esse falsuz. Tertiꝰ error: a 2° dependet: dicēdo theriacā magnā ꝓprie dici theriacā: q: thiri caro eā igredit. cetere ipropꝛe z methaphorice ut diatessaron z alie. cū illa caro eā nō igrediat. dici tn theriacā a ꝛferētia qñ cū ipsa magna similitudinē habet. hoc aūt dictū falsum est. vz ꝓprie dici theriacā eo q thiri caro ingredit. a ꝛferētia enim nō a cōponēte dicta fuit. cum ante magnā theriacā plurima z simplicia z ꝛfectiōes theriace dicebant sicuti ea que ātiochi regis a plinio ponit ut in supioribus demonstratū est. Nō igit cetere metaphorice aut per similitudinē ad eā que magna dicit theriace dicunt. cum ante theriace magne inuentionē ab andromaco: nōnulle de illis theriace dicebant. ¶ Hoc tn ꝛcedim⁹ q cū z ipsa magna theriaca z cetere eo dicant theriace q: uenenataruz ferarum sint medicamina: cūq; ipa theriaca magna plus prefatis auxiliet ferarum morsibus q̄z cetere: hec est enim supra mitridatem

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

ac cetera antidota: theriace magne ꝑeminẽtia: q̄ ꝯ hoc sensu antidotū ex carnibus vipe ꝯfectū: magis theriaca: idest magis ferarū uenenosarū mortibus ꝓferẽs: dici possit. nõ tñ ꝓpter hoc ꝓcedendū est theriacas ceteras methaphorice ab illa magna dici theriacas. cū añ eā theriace dicebant. Sic igit auctor iste triplici circa ỽba sua errauit errore. minori tñ q̄ Albertus ⁊ Nicolaus ꝑfatus. cum ois error suus in noie potius q̄ in re fuerit. Utrum aũt per thirū viperā intellexerit uel quid aliud: nomen nõ fecit. quare suus ois error manifestus fuit in nomie. Qui tñ error in noie tãto ceteroꝝ erroribus intollerabilior putat: quãto vir ille se grecas litteras didicisse fatet. potissime cuꝫ in ꝯcilio suo quasi nominũ fastidiũ latinorum. Nunc Eti. nunc. palin. se pulcherrime dixisse putauit. Si igit grecas hic dignus vir habuit litteras: cur nã theriace nomen grecũ ignorauit: cum nullus vnq̄ fuerit grecoꝝ qui circa hoc nomẽ deceptus fuerit. facile eni erat ei si litteras habuit grecas agnoscere. thir. ⁊ thirion nomẽ eẽ cõe ferã significãs. nec ullũ eẽ ſpãle aial q̄d pro pre/thirus/diceret noie ut supius diffuse demõstratum est. hec scripsi nõ q̄ hunc virũ ingentio ac doctrina ꝑclarum nõ semp cõmẽdauerim: sed uenerãde ueritatis gratia in ijs minimis nõ puduit tantũ in aliquo tangere virum. ne forte sue auctoritatis occasione q̄d tpibus nr̃is fieri solet ceteri incaute deciperentur.


¶ Specialis disputatio contra Agregatorem de dondis Patauum. de thiro.

a **Uter patauus** fuit Agregator de dõdis vir ꝓfecto circũspectus licet in hoc minime cautꝰ. Hic eni suo errore magnã ceteris errãdi dedit occasionem. Credidit eni thirũ vnũ ꝑticulare aial esse ut ceteri credidere: ex q̄ theriaca cõficeret. In re aũt grauissime peccauit ipm tale aial distinctũ esse putãs a vipa. Tractatu eniꝫ de noibꝰ mediciarũ hoc nomẽ posuit thirũ: Plinius: Serapionẽ: Aueroym: Albucasim: ⁊ Haliabatem adducẽs. de Plinio q̄dẽ mẽtiens. cum de thiro sub hoc noie haud quaq̄ Pliniũ tractasse iueniat. de ceteris aũt videlꝫ Serapione de simplicibꝰ: Albucasi: ⁊ alijs: ignorauit eoꝝ uerba: vitio interptũ. ſ. Simonis ianuẽsis: mẽdosa fuisse uti supius mõstratũ fuit. Tradẽs etiã ꝓferentia uenenis: medicinas ad thirũ ⁊ ad viperã sepatim posuit plurimas. quarũ mediciarũ loci diuersitas pluribꝰ peccãdi dedit occasionẽ. Cuꝫ eniꝫ ad thiri morsuꝫ diuersa ab ijs que vipe nõnulla doceat medicamia: rõnabiliꝫ vnusq̄sq̄ credere posset thirũ a vipa eẽ distinctũ. Sꝫ eo vir iste deceptꝰ fuit q̄m nõnulla diuersa a dictis ad hec duo. ſ. thirũ ⁊ viperã cõmẽdata iuenit medicamina. At si recte iſperisset interptũ vitiũ fuisse cognouisset. thirum enim in ijs scriptuꝫ inuenit arabibus: qui a Simone ⁊ Raynaldo de arabica in linguã deducti sunt latinaꝫ. ſ. in libro de simplici medicina Serapionis: in libro Haliabatis: Coliget Aueroys: Auicẽne de viribus cordis: ⁊ alijs. Uiperã repit in Auicẽne canone: in Almãsoris practica: ⁊ Serapionis: ⁊ in Rasis diuisionibꝰ: in Galeno de greca in latinã deducto linguã. q̃re huius erroris occasionẽ posteris ipe nõ paruã dedit errãdi. Et si forte Auicẽnã in suo canone puta in ſcõo aut alio libro thirũ uel thiriã iueneris: nomẽ hoc nõ ꝓ vno ꝑticulari accipiẽdũ est aiali: sed ꝓ fera uenenosa in sua tatẽdum est posuisse matre. hoc eniꝫ vnũ uerũ putãdũ est: nunq̄ in sua arabica matre reptũ fuisse thirũ cuꝫ de aiali theriacã ꝯficiente loqueret. Signũ aũt erroris dicti Agregatoris est. q̄m que medicamina ꝑfatus Agregatoꝝ ꝓduxit ad thirũ ꝑm eos qui loco vipe scripsere thirũ: eadẽ quoq̄ fere oia ab auctoribꝰ quos deducit: qui viperã recte hñt: de vipa scripta repiunt. Adducit eni Serapionem de simplicibꝰ ⁊ Dioscoridẽ. qui Serapio uti supius diximus non thirum sed viperã ueluti Dioscorides siue echidnã ⁊ Galenus in. xj°. de simplicibꝰ medicis in matre greca posuere. licet iterptũ vitio loco vipe thirus scriptuꝫ fuerit. Et hec satis de Agregatore hec dixisse sufficiãt. ¶ Sũt etiã nõnulli alij medici: qui in hꝫ noie thirꝰ silr errauerũt. quos q̄dẽ eo q̄ eisdẽ quinci pñt rõnibus quibꝰ etiã ꝑfati ꝓiecti sunt: cũ eisdẽ peccauerint erroribus: tõ de eis ꝑticulariter nõ curaui: supfluitatẽ disputationis euitãdo. per ea eni quibꝰ Alberti corrigimus errores eoꝝ etiã corrigi pñt errores: qui Albertum secuti sunt. in nũo quoꝝ fuit Nicolaus florẽtinꝰ de serpẽtibꝰ in multis ⁊ maxime de thiro eũ imitatus. Qui aũt dixit Auicẽnã q̄nto sui canonis libro nõ itelligẽ in trociscoꝝ de vipis cõpõne: eã viperã que in partu a filijs ꝑis mortem vindicare petẽtibꝰ: necaf: sed serpẽtes vulgo cões: quid eẽt vipa minime itellexit. eadẽ eniꝫ est ea quas pores a filijs necari dixerũt ⁊ ea que apud nos inter cões cõputaf serpẽtes. nõ eni aliq̄d aial a nobis alienum est vipa. sed cois ac familiaris satis cũ ubiq̄ ut Herodotus dixit ipa inueniaf. Uelle aũt eisdẽ rõnibus ꝓtra plures distinctis locis disputare: rei potius ostẽtatio eẽt ⁊ in doctrina supfluũ q̄ utile. qua de re huic nr̃o libello hic imponẽda est finis cũ ⁊ nostrã de aiali theriacã ꝯficiẽte cuꝫ grecis latinis arabibꝰ senioribꝰ ꝙueniẽdo ediderimus iniam. Et latinoꝝ iunioꝝ phoꝝ ac medicoꝝ de hoc aiali ⁊ thiro coꝝrexerimus opinionẽ. quoꝝ oium a nobis tractatoꝝ sũma sub duabꝰ sectionibꝰ per capita discussa sũt.

¶ Dromissio ad ulteriora ac de ꝓlixitate ⁊ ꝓsumptione legitima excusatio.

e **Tquãuis** ꝓter errorẽ aialis theriacam ꝯficiẽtis alia plura ẽt cõmittant in sui ꝯfectiõe peccata: ego de ijs tñ ad pñs nõ curaui. sed de solo illo aiali nostra fuit ꝓncipalis cura. ꝓmittẽs in posterũ cuꝫ mihi dabiſ octũ: cetera ꝓ posse coꝝrigere errata. multa eni apponunt non apponẽda. ⁊ multa nõ ponunt apponẽda. ⁊ hoc q̄dẽ ex nominũ ignorãtia ⁊ medicoꝝ ignauia. que oia luce clariora suo tactam tpe. Si aũt de hoc scribẽs aiali: lõgioꝝ plus debito: aut forte latinoꝝ nostroꝝ indebitꝰ repensoꝝ ꝓterq̄ eoꝝ auctoritas mereret uobis videri error grauis dãniq̄ nõ parut causa oium fere iunioꝝ latinoꝝ qui de aiali hoc aliq̄d scripserũt ⁊ ueritatis defensio mea sit excusatio. Cõmunis eni error potissime cũ auctẽ ꝑclaroꝝ virorꝝ fulcitus fuerit: si penitꝰ extirpari debeat: plurime auctis viro ac plurimis utẽte rõnibꝰ indiget. Cum igit mea pusilla admodũ aut nulla sit inter tantos viros auctoritas: mihi necessariũ fuit telo ueritatis multiplici cũ senioꝝ grecoꝝ latinoꝝ ⁊ arabicoꝝ sentẽtijs ac uerbis: illos expugnare viros. nõ igit si recte mea iudicet causa: de ꝓlixitate nimia aut ꝓsumptione iudicari debet. ad cuius iudiciũ nõ ignaros aut liuore infectos: sed ueritatis beniuolos ac sapiẽtes expecto iudices: de obloquentibus aũt ⁊ ignaris minime curans.

¶ Finit liber de aiali theria pastillos theriacãq̄ ꝯficiente a Francisco Caballo Buxiensi viro ꝑclaro: Uenetijs editus.






Siant.ª Top.ª
Est. 55
Tab. 5
Núm. 13
I
38